


Ex
BIBLIOTHECA
C. VAN BAVIERE
FACULT. JURIS
ACAD. BRUXELL.
A SECRETIS.
FRANC ET LOYAL.







Cōpēdiū Roberti Gaguini sup frācoꝝ gestis.



Robertus Gaguinus ad Diuam Virginē.

Virgo concubitu nullo contacta virili
Quam puro veniens grauidam dedit ęthere numen.
Prę muliere omni prole & virtute beata.
Per gnati mortem vitę regina pręcamur:
Da totiens passis humana pericula/tuto.
In portu fragilem remis appellere cymbam.
Littore q̄ primum sistemus membra fideli:
Sacris muneribus soluemus vota canentes.


¶Robertus Gaguinus librum suū alloquitur.

Vade liber verus francorum stemmatis index.
  Fer longe in populos nomen & acta ducum.
Proderis exemplis & certa indagine rerum:
  Gratior & serie temporis aduenies.
In te si mordax garribit murmura liuor.
  Neglige quod futit blattero vaniloquus.

Liber loquitur.

Ecce recente toga venio liber vndiq; mundus
Promere quos reges frācia celsa tulit.
Tempora/gesta/locos/sortem/pręludia/famam.
  Ex multis lecta codice claudo breui.
Mille tibi annorum referabo ex ordine soles.
  Et supra: si te gentis origo iuuat.
Quam priamo peperit factus de troe sycamber.
  Condidit & francum latius imperium.
Ne rugis frontem/nec sanna surrige nasum:
  Sed bonus ac ęquus lector amice lege.











¶Tabula regum francorum quorum gesta in hoc compendio describuntur.

¶In primo libro contenta.

¶In secundo libro contenta.

¶Finis tabulę. Deo grās.

¶ In gallorum annales a reuerendo patre Roberto gaguino statim edendos Benedicti montenati preludium.

Non potuisse quecunque superioribus seculis gallorum inclite gentis fortia facta digne satis recensere semper ipse putaui: quoniamquidem res quedam sacra religiose nationis gesta retexere: et quem virum singulari arte virtute et religione prestantissimum desideraret. Uerum de industria ad hoc vsque euum ipsa hec nostra gallia difficilem hanc prouinciam superis volentibus in Roberti humeros reiiciendam sapienter curauit: quem ingenti spiritu/ tuba vehementer insonantem. populum sepe victorem (francum dico) prestanti corpore et armis militem cantatum ire expectamus. Decuit enim Roberto facundissimo viro rerum francie archanarum concio ordinis quoque sacratissimi maximo antistiti: hoc ingens opus: et quod sacrum dixerim reseruatum iri. Profecto sacrati francorum reges celesti oleo delibuti: hunc multis seculis postulabant: quem deorum dono nostra hac tempestate tandem nacti sunt. Ergo auspiciis tuis vir omnium prestantissime gallia suo marte ferox/ ornataque torque decoro ingentibus et nationibus efferetur. Animosum quoque eius pectus et vox terribilis vbique audietur: nec sinet longius clarissima sua gesta in nubis obscuro latere. ipsum martialis populi preclarum facinus: iamiam indignabundum nube discussa erumpet: et quo diutius deorum iussu in obscuro delituerit tanto vehementiore sono et fulmineo igne exteras nationes attonitas reddet hominesque adacto fulgure perstringet oculos. Fabulatur preclarus Romane hystorie scriptor martem cum Rhea virgine vestali conuenisse. Hoc quoque adiiciendum foret romane genti propter mulierem libidinosam et turpia obstinata mente rogantem nume affuisse. Uerum secus hic martialis fauor francis semper affuisse creditur. Quippe quem animoso pectore/ menteque generosa deus delectatus: totum ferocis/ audacisque franci animum inhabitat: pectus quoque generosum ad bella edocet. Familiaritatem icirco romanam quam stupro incestu et muliere contaminata effecerat ipse mars iampridem damnauit. Quo factum est vt nullus olim exercitus cuiusuis imperator cum alieno rege confligere sine gallica strenuitate auderet. Sed iam virum eximio quodam genere et singula dignitate prestantem video. Qui (vt cum marone loquar) Aere ciere viros martemque accendere cantu: presto est. Hic est eneator ille tubicen cuius desiderio tantopere gallia flagrabat: quemque fortissimus quisque miles gallus obtestando imprecatur: non sinat longius suam gloriam atra nube latere. Eya ergo belli gallici fragorem/ francorum fulmen et ignes quisquis es audito: pari quoque spiritu a viro antistite preclara gallorum facinora te auditurum speres quantus animus gallis semper inest. Expectate diu tandem venisti Roberte qui virorum pugnas e suggesto altissimo et quod neminem antea ascendere licuit nobis in pulpito sedentibus pronunciaturus es. Ipse sane felix qui nec vocis sono/ neque materie felicitate liuio inferior in populo effereris. Sed iam operepreciũ esse existimo: sonoram Roberti tubam qui acies splendentes ad pugnam instructurus est/ audire.

Roberti Gaguini ordinis sancte Trinitatis generalis Ministri in nouā cōpendij de Francorum gestis editionem Prefatio.



Quāquā minimū est qđ vel agendo/vel scribēdo/mea hūilitas pōt: īuenit nihilominus in me liuor quod mordere tentauerit: dū inter francorū res multipharie/pręclareq; gestas ipse versatus/sumpsi cōpēdio cōprehēdere quodcūq; de his eximiū lectitassem. atq; sic egit æmulator: q̄si tā late patētia regū et gentis facinora(q̄ perpetua oroñe illustrāda erāt)breui curriculo/& p angustissimū tramitem/ptrāsisse me arbitrarer/eo prę serti stilo & dicēdi genere cui & elegātia/& latina deesset venustas: q̄s in scribēdis hystorijs virtutes gallus.s. auctor vix vllo tpe cōprehēdat. Sed his male loquentiū susurris & si impetitū me intelligerē laboris tñ neq; operis pœnituit/quin illud nō temere me sperē assecutū: vt frācorū hystoriā in apertū ꝑdiderim. quę sub vno aspectu tota a nemine scriptoꝝ hacten⁹ fuisset oculis exhibita legētiū. Quo fit: vt si iis q quorūdā acta: vel principantiū vitas vno vel altero tpe singuli singulas tradiderūt laus tribuit: nō inferiorē demeruisse me gratiā/sine arrogātia cōtēdero: q ab initio franci pricipatus ad hāc vsq; ætatē dissipatarū rerū annales in vnū prope manipulū cohibui. Qui nec pressus(vt susurro ait)nec angustus est ita: vt introspiciētib⁹/qb⁹ mediocris est notitia litteraꝝ/lumen desit. Sed ignaris & ingenio lippiātib⁹ sua ignorātia: nō succincta narratio scriptoris officit. Est eni his idē quod stomacho defe

ctis: quos solidus & virilis cibus torquet / & tenui iure vix alunt. Illi vero quib⁹ mēs torpet & ignoratione caligat / ad quodq; minus vsitatū vocabulū cōmētariorū faces desiderāt. Cæterū latine locutionis splēdorē (q̄tū italis auctorib⁹ verbosus aliqs dat) tametsi mihi non arrogo: sinat vel gallus habere se conterraneū & ciuem: q abstersa paululū barbarie res suæ gentis nulla principis munificētia ꝓuocatus / tolerabili oratione perscripsit. Ab hac enim nostra (q̄liscūq; est) lucubratione audaculus quippiā exurget laxare quæ angusta sunt & q̄ rudiora cēsebit abstergere. q̄q̄ (abeūte e terris carolo octauo) ad priorē nostri cōpēdij editionē p multa adieci. quorū cognitio sicut rerū narrationē suis locis ampliauit: ita benignum poterit oblectare lectorē. Porro illud facile diluerī: quod exterus calūniator falso affert: me in francorū / q̄ in hostiū aut alienigenarū partē ꝓpensiorē esse. Quo errore me ꝓtenus absoluet / qui sincera frōte hęc lustrabit. Sic eñ ſm hystoriæ leges veritati studui / vt auctoribus: quorum traditiones sum secutus / fides magis q̄ nobis haberet. Et mēdacio dari impiū est: q (paucis ad nostrū institutū nō cōducētib⁹ de industria præteritis) capita rerū fideli trāscursu atq; ordine excerpta ī vnū corpus sicut cōpēdij natura fert cōtraxi. Qui eñ coronas florib⁹ cōtexit nō oīs generis flosculos colligit sed eos tantū qui colorū varietate speciem & decorē ostentant. Aequus ergo lector nō vniuersam hystorię francorū magnitudinē conscripsisse me existimet: sed per immēsa rerum gestarum spacia conducibiliora se legisse: quę compendio & veritati quadrent.

Prefationis finis.

¶ Roberti Gaguini ordĩs Sãctæ trinitatis ꝙ redẽptiõe captiuorũ gñalis Ministri de origie & gestis francorũ Cõpẽdiũ ab eo nouissime ãpliatũ & diligent emẽdatũ



Ranci (vt plerætq; aliæ natiões) a troianis ꝓdijsse gloriant. Quib⁹ ob raptam a pari de helenã ĩ exiliũ actis/ ps ad meotydẽ lacũ quẽ tanais influit ꝓxime alanos/ frãciõe duce cõsedit. vbi ex noĩe ducis appellatiõe suscepta: Sycãbriã sibi nõ mediocrẽ vrbẽ pãnonijs finitimã extruxerũt. Quã lõgo post tpe cũ euersã gothi reliqssent: alterã ĩ ꝓxĩo colle a se cõditã vsq; ad valẽtiniani iunioris q cũ gratiano fratre in occidente impauit ætatẽ incoluerũt. vñ & ipsi q̃q; a valẽtiniano ob hãc quã subijcim⁹ rõnẽ exacti sunt. ¶ Desciscẽtib⁹ ab iperio Alanis/ cũ ꝓpter paludis altitudinẽ aduersus ĩuadẽtẽ romanũ facile se tuerent alani: accitis ad auxiliũ frãcis/ valẽtinian⁹ ãnui quẽ romanis pẽdebãt cẽsus ĩ decẽ ãnos remissionẽ ꝓponit: si rebellãtes alanos ĩ ei⁹ ditionẽ adegissent. Qua spe erecti frãci (cum paludis eẽnt frequẽti traiectu assueti) negociũ recepe rũt: ductisq; ĩ alanos copijs locũ superãt: & feroci strage alanos reddunt imperatori audiẽtes. Qua victoria frãcos/ id ẽ feroces/ a valẽtiniano appellatos nõnulli tradũt: alijs cõtẽdẽtib⁹ a remissiõe tributi/ & libtate accepta frãcos/ h̃ ẽ libos dictos eẽ. Ipe mag̃ his accedo q a frãciõe nomẽ sortitos autumãt. Nã posterior hęc appellatio gẽtis antiqtati nõ cõuenit quã añ cõstãtini ꝑmi iperiũ bellacissimã fuisse nõ dubiũ ẽ. Et Aurelianũ ĩpatorẽ q cõstãtinũ præcessit/ frãcos ĩ triũpho duxisse flaui⁹ vopisc⁹ mẽorie reliqt. Qui valẽtinian⁹ superior saxones in francorum finibus auctore paulo dyacono debellauit. Quæ omnia antiquioris sunt

Frãcorũ origo.

Sycambria.

Alani.

Frãcorum appellatõ

originis argumēta: q̄ vt a iuniore valētiniano frācos primū dictos eē putem⁹. Nemo tn̄ mihi cert⁹ auctor lect⁹ē q tp̄s ei⁹ nois cōstāter tradat. Nec ip̄e gregori⁹ turoñ. gēt[illegible] initiū sat[illegible] nouit: cū sulpiciū alexādrū testē citet/a quo frācoꝝ regū vera origo ignorata videat. Et cicerōis ad atticū extat ep̄la vbi frāconū nomē idu cit. Qd ad frācos ptiere nō pauci ꝯtēdūt. Quāobrē nō temere credi pōt: gēt[illegible] appellationē lōgo añ valētinia nū tpe extitisse. ¶ Leuati tributo frāci cū vrbē suā: tū vires/animūq̃ firmauerīt. ita vt exacto decēnio/dū ab illis cēsū repetit īpator/ exactori pēsionē detrectarēt. Hic bello exorto/quū pauci plurimis ęgre resistūt/va lida valētinian⁹ manu frācos expugnat. Neq̃ h̄ dispē dio libertatē gēs aīosa neglexit. S3 coacta rapti ciuiū

Marcomirus Symō et Genebaudus multitudie: traiecto hystro/ducib⁹ marcomiro/symo ne/atq̃ genebaudo/multis p germaniā habitis victo rijs/ad rhenū fluuiū se cōtulerūt. vbi etiānū francfor dia nō cōtēnendū oppidū visit: francoꝝ opus atq̃ ad tēpus sedes. Verū cū hęc de sycābris & frācoꝝ exortu cōstanter narrant: suborit mihi/ex cęsaris sentētia nō

Francfordia sine ratione dubitatio. q gesta in gallijs a se bella lr̄is mandās/sycābros ait ad vlteriorē rheni oram/ꝓxime

Sycambri. Vbij. vbios. i. colonięses/ea tēpestate īcolere: eosq̃ aliqñ au sos gallias enauigato rheno īcurrisse: suppetiasq̃ ad uersus cęsarē gallis misisse. In illos ꝓpterea mouisse: vt terrore nois romani qetos germanos redderet. sed mox ad primū nūciū sycābros in siluas penit⁹ abijsse Atq̃ ita incēsis eorū agris ad vbios se iterū retulisse. Deinde cū ariouistū fugientē q̄ri diligēter iubet/atq̃ eburonū res depopulari cuiuis liberū eē p̄conis voce pmittit: prædæ occasione suscepta: sycābros flumine trāsmisso incredibili celeritate duob⁹ equitū millib⁹

Sycambri. coactis ingentē ex eburonib⁹ prędā sustulisse. Tradit itē strabo sycābros rheni accolas fuisse. eosq̃ īitia bel

li factitasse: qđ a plerisq; germanię populis aduersus drusum/duce molone sycãbro gestũ est/de quib⁹ triũphum duxisse drusum/& inde germanici cognomen accepisse in romanis hystorijs lectũ est. Igiť cõstat sycãbros iãpridẽ ante valẽtiniani tpa ĩ germania proxime rhenũ cõsedisse. & nõ ab eo primũ sedibus esse eiectos/ nisi forte qs putat hos ab illis diuersos eẽ quos sycambriã vrbẽ ad meotydẽ struxisse supra memoraui. Qđ & annoni⁹ tradit ĩ ea hystoria/quã suo abbati dicauit. scribẽs thorgorꝫ vna cũ frãcione troia abeuntẽ thraciã petijsse. & ab eo thorgorũ gentẽ nomẽ esse sortitã. subq; philippo atq; alexandro posteros illorũ militasse. Vtcũq; res se hꝫ: neminẽ tñ nostratiũ scriptorꝫ hęc aĩaduertisse miror. Sed ꝓpositã nobis breuitatẽ ꝑseq̃mur: de rerũ serie vtilissima quęq; excerpẽtes. ¶ Grassantib⁹ in germania francis/& castellis aliquot in suã potestatẽ receptis: theosodi⁹ q ĩperio prę erat ei⁹ rei certior fact⁹ nãmę et q̃ntino militũ ꝓfectis mãdat francos adorianť/data illis forti militũ manu Qui commisso acerrime ꝓlio fusi: eracliũ & iouinianũ ex theodosij ducib⁹ sibi accersunt. Quorum aduentu redintegrãtes pugnã cũ ad francos victoria ĩclinaret: eraclius & iouinian⁹ fuga salutẽ q̃siuerũt. Tãtã in eo prælio stragem romanos accepisse tradiť: vt postea frãci formidini finitimis esse cœperint: oĩs tributi exactione liberati. q̃q̃ bocati⁹ q̃dã locorꝫ vbi sycãbri cõsederãt admĩstrator ad romãos se recipiẽs/renouato bello frãcos partim fuderit/cũ reliquis pacẽ firmãs. ¶ Est treueris cisrhenana potẽs ciuitas: cui ꝑerat lucius patriti⁹ roman⁹. cui⁹ vxorẽ quia Luci⁹ gallię belgicę ꝑses ꝓstituerat: cõsiliũ capit transferẽdę ad francos ciuitatis: remq; fœlici euẽtu exequiť. Potiti vrbe frãci: cũ angustati sedib⁹ ꝓferre termios ꝓcuperẽt: ps se alio cõferre statuit. triũq; & vigĩti miliũ manũ ybro

Thorgorus. Theosodius Treueris

Frãci ĩ duce educẽtes: relicta germania in penitiorẽ galliã ir rupert. ad sequanã vsq̧ fluuiũ oĩa ꝑcurrẽtes. vbi agrorũ & fluẽti amœnitate oblectati stationẽ habuere. Pudet me hoc loco ignorãtiæ hystorici (vt ita dicã) chronicarij/q impssam iãdudũ hystoriã carolo octauo dicauit. Scribit eĩ ille reꝝ & tẽpoꝝ nõ satis gnar⁹. Frãcos cũ ad sequanæ ripã cõstitissẽt: luteciã parisioꝝ ex edificasse añ xpi natalẽ tercẽtũ nonagita quiq̧ ãnos: eãq̧ habitasse ãno a derelicta sycãbria ducẽtesimo septuagesimo supra mille. In q̃ re bis erratũ eẽ pspicuũ est tẽpoꝝ supputationem nõ ignorãti. Itaq̧ si pulsi a valẽtiniano sycãbria frãci luteciã cõdiderĩt: q fieri potuit: vt rebellãtẽ luteciã cęsar ĩ deditionẽ accepit? quẽ mime dubiũ ẽ q̃drigẽtos & decẽ fere ãnos Valẽtinianũ ꝓcessisse? Aut quõ veꝝ ẽ: añ xpi aduẽtũ tercẽtũ nonagĩtaquiq̧ ãnos luteciã cõdi a frãcis potuisse: q nõdũ sycãbria exclusi galliã nõdũ sõniauerant? qq̧ post amissas sedes diu p germaniã vagi/ post multa tandẽ sctã ad rheni ripas se ꝯtulere? Sed viderit chronicari⁹ q̃ a vero distãtia turpiter ediderit. Michi qdẽ vera frãcorũ origo mime cõperta ẽ. ¶ Sessiõis ad sequanã tpe nemo ĩ frãcis regiũ nomẽ assũpserat. Prim⁹ oĩm marcomir⁹ dñationẽ ĩ frãcos accepit. quẽ à priamo troiano rege lõga gñis serie ꝓgnatũ sũma veneratiõe frãci obseruabãt. Hic p̃terq̃ muro valloq̧ munire vrbes nichil illustre gessit. Sed erat illi fili⁹ pharamũd⁹ corpis & animi ꝑstãtia ĩsignis. Hũc ex pr̃is cõsilio primũ sibi regẽ cõstituũt. regẽdi permissa sibi ptãte ãno salutis. cccc xx. Qua modestissime admĩstrata vndecio post acceptũ regnũ ãno morte absũpt⁹ ẽ: relicto clodiõe filio regni hr̃de. Hic pharamũd⁹ auctor ferĩ extitisse leg; q̃ saliq̃ a frãcis appellaĩ. Nã cũ ad rhenũ vsq̧ puenissẽt: ferisq̧ morib⁹ viuerẽt: q̃ttuor ex sycãbris spectatos ꝓceres selegit q ppl̃o legẽ ferrẽt: vsugastũ: losogastũ:

[Margin notes: Frãci ĩ galliã ir rũpẽtes — Seq̃na. — Error cuiusdã — Lutecia parisiorũ. — Marcomirus. — Pharamũdus Prim⁹ francorũ rex. — Lex saliqua.]

sologastũ: & visogastũ. q cõi gẽtis & pceꝝ auctoritate freti legẽ cõscripsere/ quã pharamũd⁹ pmulgauit: ad nrãm vsq; ætatẽ noiatissimã. a loco vbi ꝯdita ẽ dictã q dã asseuerãt. Nec desũt q a sale deriuatã eẽ tradũt. Nã sicut cibi ꝯdimẽtũ custosq; sal ẽ: ita saliq lex frãcoꝝ moribꝰ ꝯdimẽtũ extitit vitæ melioris: cũ añ editã legẽ incõposite viuerẽt/ nihil satis tẽperãter opantes. ¶ Hic clodio a pmisso capillo capillatꝰ dictꝰ: augẽdi regni desiderio cũ adhuc i germania ãgustis finibꝰ arctaret: thurigos sibi finitos suæ ditiõi adiecit/ occupato disthargo oppido. vbi regni sede cõstituta/ cũ iã p gallias rõana vis laberet/ soliq; belgæ iperiũ seqrẽt: i galliã belgicã exploratores mittit. Nã illa tẽpestate Lugdunũ burgũdi: aqtaniã gothi subiugarãt ¶ Est ei gallia triplex Belgica. Celtica. Aqtanica. q ois rheno ãne: alpibꝰ. pirene: oceanoq; britãnico septa ẽ. Pria a fluibus seqna atq; matrona icipiẽs: ad rhenũ septẽtrionẽ versꝰ & pti oriẽtẽ teriat. Ab occidẽte claudit occeano. In q hæ sũt priariæ ciuitates. Aggrippia colõia. Traiectũ. Mogũtia. Treueris. Cõfluẽtia. Argẽtia q & strasburg. Basilea Cõstãtia q vitudura quõdã nũcupata cõstãtino ꝯstãti ni pře cõstãtie nomẽ habet. Heluetioꝝ pagi quos hec ætas suitẽses vocat: nõ ... pcul a monte iura/ vbi diui claudij mõasteriũ apprie venerabile ẽ. quoꝝ opa frãci reges i bello etiãnũ vtũt. Iuliaci ducatꝰ/ & ducatꝰ Cliuiẽsis. In quo isignia oppida sũt. Embrica. Rees Vuesalia. Calcar. Et ducatꝰ geldriæ cuiꝰ primariũ oppidũ est. Nouimagiũ. cætera sũt Arnẽ. Ruręmũda & Vualaf. Diuiditq; ab hollãdia æstuario maris Leodiũ. Harstalũ. Hoyũ. Dinãtũ. Bouina. Bruxellæ. Niuella. Antuerpia. vbi ẽporiũ ẽ belgis nõ ignobile. Berga. Machlinia. Louaniũ lraꝝ gymnasiũ. Boscũsducis. Mõs i hanonia. Valẽcię. Auẽna a ludouico vñcio desolata. Quẽneyũ comitis. Gãdauũ. Aldenardũ. brugę: qs gesoria

Clodio capillatus.

Thuringi.

Disthargũ.

Lugdunum.

Aquitania.

Gallie diuisio Belgice ciuitates.

Heluetij.

Suitenses.

Bruge.

cũ nauale ptholome⁹ appellat Scluſa. Curtracũ: Teneremũda. Yprę. Tornacũ. Inſula. Orchię. Duacũ. Scũs Audomar⁹. Graueligua. Oſtẽda. Nou⁹ port⁹. Morinũ. q̃ et terrauana. Aeria. Perna. Hyſdinũ. Bethunia. Sctũs paul⁹. Dorlenũ. Caliſſa. Ici⁹ port⁹/ nũc dirut⁹. Bolonia. Mõſteriolũ. Attrebatũ. Bapalmę. Cameracũ. Sctũs quitin⁹. Perona. Corbia. Ambianis. Abbauilla. Anguſ. Sãct⁹ ricard⁹. Croteyũ. Claruſmõs. Creliũ. Bellouacũ. Siluanectũ. Cõpendiũ. Mondideriũ. Roya. Pontizara. Rothomag⁹. Sanct⁹ dionyſius frãcorũ regũ ſepulchrũ Nouiomus. Sueſſio. Meldis. Caſtrũ thericũ. Remorũ ciuitas: vbi iitiant̃ franci reges. Aſpernaycũ. Cathalaunũ. Sãdigeriũ. Lingo. Barrũ. Ligniacũ. Marchia. Caluuſmons. Mettis. Namurcũ. Luxẽburg⁹. Nãciũ Caroli burgũdionis morte iſigne Mõs rolãd⁹. Sãmiellũ. Nou⁹ mercat⁹. Virdunũ. Tullũ. Mõbelliard⁹ nõ tã ſui claritate q̃ ſpeculorũ q̃ illic fiũt diffamatiõe nobilitat⁹. Biſuntiũ. Dola ſcholaſticorũ cõuẽt⁹. Salinę. vbi fõs emicat. vñ cãdidiſſim⁹ ſal cõficit: grãdi puẽtu ſi ad vnũ tm̃ pricipẽ emolumẽtũ ptineret. Loſana. Gebana. Chãberiacũ. p̃ter validiſſimas arces & caſtella/ aliaq; minutiora oppida. ¶ Celebres fluuij & ipi nauigatiõib⁹ accõmodati ſũt. Seq̃na. Sõma. Yſara. Lyſa. Scaldis. Enna. Moſa. moſella Dubis. Arar: q & ſogona: quẽ germanię bocati⁹ falſo attribuit. Rhen⁹ aũt belgis/ germaniiſq; cõis ẽ. a quo cõplures iſulæ hollãdia/ atq; zelãdia dũ occeano appropinq̃t circũ fermẽ alluunt̃. In eo tractu iſignes vici & ſacrę ędes maris ſtagnatiõe ruptis littorib⁹ piiſſe narrãt̃. Et q periti ſũt ei⁹ regiõis dicũt adhuc extare i pelagi fũdo veſtigia ſacrar̃ ędiũ & quorũdã locor̃ iſigniũ. Nõ eni illic ęquor altũ eſt: nec turbidũ. In reliq̃ ↄtinẽte ſũt vici freq̃ntes & mercatorib⁹ affati habitati q tra mariq; mercaturã late exercẽt. Inſignia aũt oppi

Remi.

Belgici fluuij.

...od et Ne... i dicitur

da i hollãdia sũt. Leydis. Harlẽ. Austerdãm⁹. dordra cũ. In zelãdia vero Middelburg⁹ & ziericzee & Briel= lis peninsula. Vtriusq; & ꝑcipue hollãdiæ incolæ pi= sce pl'imo abũdãt: & telas ordiunt tenues & cãdidissi= mas: q̃ ad exteros exportatę magni ęstimant. Est itẽ regio anserũ & marinaꝝ volucrũ freq̃ntissima. Quoꝝ maximã copiã ad finitimos: & ꝓcul habitãtes ppl'os pecunię gr̃a incole trãsmittũt. ❡ Celtica a seq̃na orit ad ligerim vsq; ꝓtẽsa. a materna vero amne ad rhoda nũ excurrit. cõpręhẽditq; narbonẽsis ꝓuincię partẽ. termiat partim mari ligustico / & alpib⁹ quæ sabaudię mõtes vulgo appellant. Illustrat vrbib⁹ infra designa tis. Lutecia pariseoꝝ. q̃ xp̃iani orbis celeberria acade mia est: & frãcoꝝ regũ priaria sedes. Senone. Nemo= raco. Moreto. Trecis. Altissiodoro. Heduo: q̃ & augu studunũ. Diuiõe. Belna. Germona. Argili. Matiscõe. Cabilone. Ansa. Lugdũo. Ebreduno. Scõ symphori ano. Viẽna allobrogũ. i. delphinatiũ metropoli Grai sa. Grationopoli. Valẽtia. Mõtelimarto. Diena. Vi= uario. Aurasico. Sctõ spũ. Auinione. Villanoua. Car pẽtraco. Tarascone. Arelate. Massilia. Aq̃s sextijs Ap tea. Regena. Vapicea seu vapino. Sistarica. Foroiulio Tollona. Nicea quã ad italiã ꝑtinẽ q̃dã asseuerãt. Est eni gallię q̃ genuã spectat: limes. Caualico. Vasione. Tricastino. biterris. lunello: mõtepessulano. & alijs q̃ ad narbonẽ spectãt / exceptis castell' qb⁹ hęc ꝑs maxie freq̃ns est. Pesigniano. Ad ligeri vero Nyuerno. Mo lino Clugniaco. Sctõ gẽdulpho. mõte argi. castilliõe Aureliano q̃ et genabũ oli dicta ẽ. Ieuilla vl' ierẽuilla Stãpis. Carnuto. bonaualle. ebroica. Sagio. lexouio Argẽtono. falesia. arefloro seq̃nę ostio. cadomo. baio ca. põtorsone. abrica. cõstãtia. et britonũ vrbib⁹ q̃ in fra ligerim ad oceanũ vergũt / & veteri noie armoricę nũcupãt. Cenomãia. Alẽconio. Mauritania. medõta

Celticę ciuitates.
Alpes
Lutecia pariseorũ.
Allobroges
Aureli anum.

quã mãtã appellam⁹. vernone. melãno. ¶ Alluit his flumib⁹ Seq̃na quo a belgꝭ celte sepanť. Lygeri. Viẽna. Yona. Oba. Rhodano. Sorda. Durãtia: absq; mĩorib⁹ fluẽtꝭ q̃ vł ex alpib⁹ ĩ rhodanũ excurrũt: vł ex auerno rũ mõtib⁹ ĩ mare ad narbonẽ deferũť. ¶ Aq̃tanię tractus pricipiũ ẽ ligerꝭ & ad pyrenẽ ꝑtẽdiť quo discerniť ab hyspanis. Irrigať noĩatissimis fluĩb⁹. Lygeri. Lalerio. Caro. Chalẽto. Dordona. Garũna. qb⁹ admiscenť ꝯplures fluuioli lẽbis & ĩscaphis nauigabiles. ¶ Celebriũ locoꝝ hęc noĩa sunt. Biturꝭ. Magdunũ. Dunũ regis. Clar⁹ mõs. Vĩon. natura & arte munitissima arx. Mõeta ĩ edito iugo castellũ. Beyõda. Podiũ q̃d & anicũũ: vbi tẽplũ ẽ diuæ marię gallis religiosissimũ. Sctũs flor⁹. Lemouica. Tutela. Caturcũ. Rocamador⁹. Ruthenũ. Vabra. Albia. Mymatũ. Mõtalbanũ. Castrum Cordue̜. Carcassona. Galliacũ. Tholosa: nobile põtificij Ciuilisq; iurꝭ gĩnasiũ. Appamara. Riuena. Sctũs paul⁹. Lõbaria. Mõlion⁹. Mirapiscę. Fux⁹. Vaurena. Cõuenæ Mirãda. Lestoriũ. Cõdonũ. Ausc⁹. Bagneta Coserana. Tarba. Olera. Vasata. lascurra. Mõmarian⁹ Morlanũ. Hortesiũ. Baiona. Lebretũ. Rigẽa. Adura. agata Vtica. Electa Limosũ. Scũs põti⁹. Castellũ darri Elna. Lodeua. Turon⁹. Chyno. Vĩdocinũ. Blesa. Castrũ lerũ. Lomela. Pictauis. Parrenayũ. Maleaca. Rupella. Ludũ. Tuars⁹. Luxiõa: Xãtõa. Engolisma. Conacũ. Petragoricũ. Petrabussiera. Bergeratũ. Sarlata. Agena. Cõdõa. Lesigniacũ. Burg⁹. Bloya. Villa regaľ Liburna. Burdegala. Scũs iohẽs ãgeliac⁹. Taliburg⁹. Laguiersa. Nanetũ. Redona. & q̃ vltra ligeri britões attigũt. Fõgera. Sãct⁹ paul⁹. Lãbala. Sãct⁹ macloui⁹ Dola. Dinãtũ. Sãct⁹ brioc⁹. Prętereo castella. q̃ tã ad tutamẽ q̃ ad ornamẽtũ regio affati habet. Et hęc ꝑfecto gallię loca oĩa frumẽto / vite / ꝯsitꝭ arborib⁹ / fõtib⁹ flumib⁹ / pratꝭ / pascuis / lacub⁹ / saltib⁹ / siluis / pecore /

Fluuij celtice.

Aquitania.

Flumina aquitanię.

Aquitanię vrbes.

hispanorum met sub ta tamen tropoli urbana

ferꝫ/ꝓ cuiuſq; loci cõditõe culta ſũt. Nã ex paludibꝰ & fere aridis viburnis atq; fruticibꝰ nõnihil incolꝰ cõmo di ꝑuenit. Adeo ĩduſtria atq; laborꝫ patiẽs gẽs ẽ: ſuis ꝑncipibꝰ ad ſeruitutẽ vſq; fere obediẽs. cõuictu facilꝰ. amicitię cuſtos. Alioqn ſuaꝝ ĩiuriaꝝ pñs vltrix: & ad arma ꝓpẽſior. Sacroꝝ reuerẽs & xp̄ianę fidei ꝑter ali as natões deuotiſſima: cuiꝰ tutãdę ſollicitudinẽ q̄ſi ex ꝓfeſſo frãci ꝑncipes nullo nõ tp̄e ſuſceperẽt. Extãt eiꝰ rei ĩ oĩ quẽ adierẽt loco nõ vana trophea: ſed extructę ab illꝰ ſacrę ædes & illic ad rẽ diuinã ĩſtituti ſacerdotes lõge ꝓfecto gl̄ioſiꝰ rei bñ geſtę monumẽtũ: q̄ erectę ſy derũ tenꝰ piramides & obeliſci: q̄q̄ a petrarcha in ep̄l̄is ſcriptũ ſit/cũ belgas pagraſſet: & arduẽnã tãtæ magni tudis ſiluã lugdunũ petẽs ꝑtrãſiſſet: nihil toto illo tra ctu ſe vidiſſe: ꝑter ſupſtitioſa q̄dã aggrippinẽſiũ fœia rũ & turpẽ de carolo magno fabellã accepiſſe: quã ꝑter miſiſſe dignũ erat: ne tãti ĩpatorꝫ claritati fuliginẽ ĩdu ceret. Sed nec apud pariſios qc̄q̄ eẽ qđ laudaret: niſi q̄ ĩpiꝰ auctorẽ fuiſſe iuliũ ceſarẽ accepiſſet. qđ plane falſũ eſt. Erat ei añ cæſarꝫ ĩ galliã aduẽtũ ſupra qngẽtos an nos lutecia extructa. Quãobrem pichęę ſimilẽ petrar chã recte dixerĩ. q(vt polybiꝰ auctore ſtrabõe ait)cũ a ſcipiõe rogaret̃ qd celebre & mẽoria dignũ inter aqta nos cõſpexiſſet: nihil referre potuit: q̄q̄ narbonẽ illu ſtrẽ olĩ vrbẽ: corbilonẽq; nobiliſſimũ illo tp̄e aqtanię emporiũ nõ ĩg̃raret. Tã placet qbuſdã de rebꝰ exterꝫ ſine rubore mẽtiri: ne ſuę gẽtꝫ ãt natalꝰ terrę titulꝰ dero gaſſe videãt̃. Et hęc ẽ qdẽ gallię a ꝑſcis auctoribꝰ tradi ta ꝑtitio. Quã octauiꝰ auguſtꝰ quaternã fecit: lugdu nẽſẽ ꝓuiciã ab alijs diſꝑtitꝰ. Iuniores vero lugdunũ a ꝓmiſſis comis comatã appellauerẽt. Narbonẽſẽ ãt (ſi cut & illã trãſalpinã) togatã. qa togis rõano more (cu ius erat ꝓuicia) ꝓuiciales eiꝰ regiõis vtebãt̃. Braccatã tñ eãdẽ ſicut cæterã galliã dictã fuiſſe nõ ĩg̃ro. a braccꝫ

Gallorũ induſtria: et cæterę laudes.

Petrarche inicua eſtimatio.

Lugdunum.

Gallia comata

Togata

Braccata.

qđ vestimẽti gen⁹ ē gallꝰ. Cęterꝫ nos geographiã. i. trę
descꝑtionē nõ seqmur: sed tẽpori obseqmur: locos vsi
tato & trito noīe appellãtes. Nã si qs priscã illoꝝ īsti
tutionē / ijs qb⁹ ætas nr̃a vtitˀ cõferet: nihil relinq̃t nõ
ↄfusum. Itaqꝫ post romani imperij īclinationē singu
Ab imperio defectões læ ꝓpe gẽtes iperij nomen exose: nouis aduenĩetib⁹
pricipatib⁹ alia atqꝫ alia locis noīa posuerũt. ¶ Porro
vt oīs gallia distĩctior haberi possit: sciat lector galliã
Xviij. galliarũ prouincię. Archipr̃sules galliæ. oēm octodecim ꝓuincijs cõtineri: qb⁹ totidẽ p̃sũt ar
chip̃sules: sedib⁹ & terminis discreti. Treuerensis. Re
mẽsis. Senoneñ. Rothomag⁹. Lugduneñ. Bisuntin⁹
Vienẽsis. Tarãtasian⁹. Ebreduneñ. Aquẽsis. Arelatẽ
sis. Narbonẽsis. Bituricẽsis. Turonẽsis. Burdegalẽsis
Auxitan⁹. Magũtinũ aũt & Coloniẽsem ideo postre
mos facio: ꝙ subiectę illis ciuitates vltra rhenũ sunt.
p̃ter cõstãtiã & argẽtinã q̃ magũtino parẽt. Colonien
si traiectũ inferi⁹ tantũ atqꝫ leodiũ. Tholosan⁹ eī post
hos lõgo tp̃e supra nostrã memoriã. Auinioneñ. du
dũ nostra ætate archipręsulat⁹ eminẽtiã p sixtũ q̃rtũ
põtificē romanũ accepit. Ille narbonę: hic arelati sub
debatˀ. Per oēm eī galliam hi archiflamies fm hodier
nã supputationē cẽtũ & sex ciuitatib⁹ pricipãtˀ In hac
tã populosa feraciqꝫ regiõe suas sedes & regnũ fœlici
pedetẽtim successu frãci dilatauẽ. ita vt nũc in maiori
Francorũ in belgas irruptio. galliarũ p̃te seruẽt eorũ reges pricipatũ. Igitˀ ī belgas
pria fit a frãcis irruptio. Clodionis nũcii (regiõis sta
tu ꝓspecto) renũciãt terrã modicis p̃sidijs teneri. Vn
de nihil morat⁹ rex / ī belgas traiicit: atqꝫ agris late ex
Cameracum. cursis: cameracũ vrbē a se obsessam capit. Inde p siluã
cui carbonaria nomen erat / tornacũ petit. quæ rõano
Tornacum. p̃sidio tenebatˀ. Sed egressos vrbe milites p̃lio fudit &
potitˀ ciuitate. Paucis aũt post dieb⁹ / nullˀ relictis libe
Meroueus. ris vigesimo post susceptũ anno Claudio vita excessit
Qui aũt illi sanguine ꝓpior erat Meroue⁹ regno p̃se

ct⁹ est. a quo vsq; ad pipinū Caroli magni patrē series gñis regū sine discidio pseuerat. Fuit meroue⁹ regno cōmodissim⁹. q̄q̄ ab hunis/tugros/mettēsesq; & reliquā galliā icursantib⁹ multa ppessus sit. Nā in cāpis cathalaunicis cū Ecio patricio romano aduers⁹ attilē hunorꝝ regē egregie depugnauit/vbi cētū & octogita milia occubuisse tradūt: i qb⁹ theodoric⁹ visigothorꝝ rex eciū secut⁹ atq; merouēū iterijt. ¶ Hui⁹ merouei filī⁹ childeric⁹ cū regnū accepisset: libidine & adulteriis apd suos viluit. Nā stupratis mltorꝝ vxorib⁹: pceres cōicato cōsilio destituere eū regno statuūt. Qua re ad childericū plata: guynomaldū ex regni pmorib⁹ amicū orat: pñti fortunę opituleť. Guynomald⁹ abire regē monet. Abeūti spem pponit recōciliationis. Cui⁹ vt certior in tpe foret: aureū nūmū partiť. datq; childerico partē/sibi alterā seruat. admonēs si cōciliare illū pcerib⁹ possit: id signū illi fore recipiēdi regni: dū nūmi partē reliquam recipiat. Nec cūctatus Childericus ad bissinū thuringiæ regē sibi amicū cōcessit. Eo exacto: primores regni gillonē romanū q̄ suessiōib⁹ pērat accersunt: ducēq; sibi pficiūt. Cui guynomald⁹ childerici nō imemor/se q̄ maximo astu pōt beniuolū exhibet: ita vt suo auspicatu gillo gereret oīa. Firmata beniuolētia: cōsci⁹ aīmi guynomald⁹ quā aduersus gallos pp̄ter ereptā romāis ditionē gillo gerebat suadet bēignitatē/simulet amicitias ꝯparet. quo petiti i ānos tributi mitior exactio eēt. Docet frācos ꝯtūaces eē/& superiorē difficile ferre. ppterea bñ ꝯsultūrꝝ si frācorū potētiores tollat/quorꝝ supplicio cęteri terrerenť. Credit gillo ꝯsultori: eiq; in primis hoc negociū mādat. Guynomald⁹ nō ignar⁹ eorū qui Childerici eiectionē pcurassent/primariū quēdā læsæ maiestatis insimulat quē Gillo ad se missum necat/et cōplures p̄terea alios persequiť. Qua crudelitate excitati p

Childericus.

Gillo romanus.

ceres/guynomaldũ ꝯueniũt/ gillonis ĩmanitatẽ accusantes. Quib⁹ guynomaldus: miror (inquit) veſtrã ꝓceres incõſtãtiã/ qui electũ a vobis regẽ ꝓtenus execramini. An Childericũ deſideratis: q a vobis ob voluptariã vitã deſtitut⁹ apud thuryngos exulat? Tolerabili⁹ mulieroſum q̃ ſanguinariũ regẽ tuliſſetꝭ. Ille ꝑ adoleſcẽtiã illecebris illect⁹ paulo poſt reſipuiſſet: hic roman⁹ vobis natura ĩfeſt⁹ eaten⁹ cruore veſtro letabit: donec recuperatã armis libertatẽ amittatꝭ. At grauior nimis ẽ morb⁹ cui medela nõ ſuccurrit. Benign⁹ eſt quẽ abieciſtꝭ/ reuocat⁹ facile iniuriarũ nõ recordabit. His verbꝭ ꝑſuaſi frãci auctore guynomado childericũ clã reuocãt. Qui pte nũmi cui⁹ ſupra fecim⁹ mẽtionẽ accepta ad frãcos ſecur⁹ reuertit. Cui occurrẽs guynomald⁹ eũ hortat ad barrũ caſtellũ qđ cãpanie ĩminet demoret. Vbi auctis copijs aduerſus gillonẽ bellũ parat. Verũ admonit⁹ cõſpiratiõis gillo aduenĩẽtẽ childericũ prelio adorit. Quo ſuperat⁹ poſtq̃ annos octo regnaſſet ſueſſionẽ ſe recipiẽs: quod ſuperat vite mœſtus illic abſũpſit. Cui⁹ fili⁹ Siagri⁹ ſucceſſor habit⁹ ẽ.

Gillo fugat.



Ecepto regno/ Childeric⁹ magno aĩo iuuenis: odoagrũ ſaxonẽ ſibi aduerſantẽ aureliã vſq; ĩfeſtat. Vrbẽq; obſidiõe cĩctã ſuperat. capto q i ea erat paulo ꝓfecto romano Deĩde lygeri flumẽ trãſgreſſus/ Andegauos i fidẽ recepit. Hui⁹ childerici ꝓſpitate cognita: baſina turyngię regꝭ vxor ad regẽ frãcũ oblita viri: ſe cõfert: illecta ꝓfecto iuuenis cõſuetudĩe. Quę a Childerico rogata q̃obrẽ deſto viro aliũ ſeq̃ret: qa inquit cõione tua vſa ſum: modeſtiãq; & virtutẽ tuã ſum expta Quod ſi meliorẽ te quẽpiã vſq̃ terraꝝ eẽ mihi pſuaſum haberẽ: illũ terra mariq; ĩdefeſſa pſeq̃rer. Hac libtate ſermonis delectat⁹ Childeric⁹ baſinã vxorẽ nõdũ xp̄o initiat⁹ accepit: biſſini hoſpitalitatꝭ bñficẽtiã mĩme recordat⁹

Odoager ſaxo.

Andegaui.

Baſina thuryngię ducis vxor ad childericũ venit.

Primo itaq3 nuptiarum cōcubitu basina Childericū admonet: noctē sine re voluptaria pterat: foresq3 palatij obseruet: & q̄ viderit ad se pferat. Credul⁹ mulieri vir tertio fores ędiū asseruās / ad basinā q̄ visa viderit defert / visos a se in atrio palatij pmū qdē rhynocerōtas q̄ vnicornes appellant. leones itē & leopardos. Scdo vrsos luposq3 furētes: nō sec⁹ acsi i semet sæuire festiarēt. Postremo exiguos canes alternis se morsib⁹ ipetētes. Quæ oīa veluti futuri pscia vates referēti marito explanat: pditurā sc3 ex eorū cōcubitu varijs morib⁹ sobolē. pmā q̄ generosa natura foret: rhynocerōtas imitaturā / vrsis lupisq3 haud dissimilē. alterā / q̄ rapinis aīm itēdat. tertiā: q̄ ifesto se dēte ꝯmordēs: canū rabiē assumat. His basinę psagijs gauis⁹ rex / i maxiam spē rapit vēturę ex pñtib⁹ nuptijs nobilior familie deinde aliquot plijs victos alemānos i ptātē accepit: mltis tādē gestis p ānos qttuor & vigīti clarus: moriēs filio Clodoueo regnū reliqt. Per eos dies sāguis riuus tholosę quā gothi occuparāt die toto fluxisse visus ē. Visum qd childericus vidit. Prodigium.

¶ Insigne fuit h̄ sclm optimis sacerdotib⁹ Nam apd tholozates Exupius: apud viennā simplici⁹ sctītate enituit. Amād⁹ burdegallā illustrauit. Albigesios docuit damian⁹. Venerādū auerni. Rusticū caturci. Pegasinū petragorij coluert. Nec silētio ptereūd⁹ ē sydoni⁹. Qui sacdos auernorum ex senatoř fact⁹ cū gui fame burgūdi laborarēt qtuor egēorum milia suis opib⁹ pauit Sacerdotes optimi



CLodoue⁹ ipe vt erat egregia forma ita magnanimitate pclarisq3 morib⁹ gratiam sibi facile cōpabat. Siagriū i pmis quē Suessiōis principē pr Gillo reliqrat: loco exturbat / ciuitate recepta. Inde icursionib⁹ ad remos vsq3 prędas ex templis christianis faciens vas aquariū cui vrceolo nomen frāci dicūt: ad remigij remorum antistitis ius ptinens exportat. Quem vrceolū vt recuperet pōtifex

oratū regē mittit: Suessionē regressus Clodoueus iubet p̄dā oēm/ ei⁹ in milites partiēdæ causa: in vnū locū cōferri. Quę postq̄ cōgesta sūt petijt a p̄ceribꝰ p̄ter eā q̄ sibi iure belli p̄tinebat portionē vrceolū dimitti. Qđ cū primores nō abnuerent/ quidā ex iis q aderāt indignat⁹ q̄ plus reliquis ex pręda rex desumptur⁹ videret: in vrceolū ensem adigens neq̧ tu inquit rex supra cęteros nisi qđ tuū est ex hac oīm p̄da recipies: At nihilomin⁹ rex iniuriā ad tēpus ferēs vrceolū remigij legato restituit. Nec multo post Clodoue⁹ cū exercitū recēseret/ viso eo q vrceoli temerator fuerat: occasione sumpta (q̄ ille videlicet non satis cōmode armat⁹ esset) app̄hēsum militē et solo p̄stratū gladio cōfodiens: ad hūc inquit modū vrceolum p̄cusseras.

Gōdobaldus burgūdię rex Crotildis.

¶ Erat p id tēpus Gondobaldo burgūdorꝝ regi: neptis ex fratre crotildis. Cui⁹ speciē/ prudētiāq̧ cū p legatos occulte explorasset Clodoue⁹ ad Gondobaldū ex suis aureliū mittit q sibi vxorē cōciliet: rat⁹ vna cū puella burgūdiā quoq̧ potiri posse. Gōdobaldo q̄q̄ hę nuptię nō satis ad stomachū essent: q̄ illas in suā p̄niciē fore ītelligeret (Nā īterceptis dolo Crotildis parētib⁹ regnū vsurpauerat) ex cōsilio suorꝝ aulicorꝝ m̄rimoniū nō detrectat. Sūt q crotildē raptā a clodoueo fuisse dicūt. dū gōdobald⁹ sup̄atꝫ alpib⁹ ī nouariēses & vicinas illis gētes copias duxisset multꝫ cladib⁹ eos afficiēs. In q̄ s̄nia est Iacob⁹ bergomēsis. ¶ Cōuētu apud suessionē habito: rex Crotildē regio app̄atu suscepit. Amauitq̧ tā etsi xp̄i docum̄ta mulier seq̄ret̄ Quāobrē illa sedulo admonebat virꝝ deos nō colere: sed eū cui seipa addixisset dn̄m xp̄m. Sed ille veteris obs̄uātia īsuet⁹: se maiorꝝ traditiōes relicturꝝ negat. Interī crotildis filiū enixa ē/ cui vocabulū clodomiro fuit. Qui xp̄iano more baptismo ablut⁹/ ītra paucos dies morit̄. Hui⁹ īteritū rex ī religionē vxorꝭ trāsfert:

Clodomirus.

infantē ab irat dijs absūptū/ ꝙ illū xp̄o suo regina de- dicasset. Granida iterū Crotilde effecta/editū itē īfantē sacris xp̄ianis īitiat. Moxq̧ vt eū morbo laborātē rex accepit: vxori religionē īproperat: deorū suoꝝ maie- stati scilicet inimicā. Regia aduersus reg qrelas patiē- tiā spēq̧ adhibēs/egrotāti filio salutē dei benignitate īpetrauit. Pertinaci aūt in errore clodoueo bellū ī ale- mānos īstaurat. Cōstitut ī cōspectu vtrinq̧ exercitib⁹ man⁹ cōserūt. Pugnatū cū diu eēt: frācis cedētib⁹ timet sibi Clodoueus: celūq̧ suspectēs. Deus inqt quē Cro- tildis religiose venerat/audi. Si vicero/fide te ꝑpetua colā. Vix p̄ces finierat rex: ecce alacres frācos ꝓliū redi- tegrare cōspicat. Quib⁹ aīm ip̄e quoq̧ adijciēs/rege ale māno pempto victoria potit⁹ ē/& alemānis lex posita

Victor Clodo ue⁹ xp̄o credit.

¶ Victorē ēt credulū xp̄o regē vedastus q tulli aderat & q postea atrebati pōtificatū admīstrauit secut⁹ ē. cui rex credulitat & fidei suę rōnē enarrauit Crotildis cre dēti clodoueo gratulata remigiū pōtificē nihil morata cōuenit: atq̧ ad clodoueū itroducit. quē ad se admissū rex diligēter audit de fide & xp̄i religiōe differentem. Dies abluēdo regi īdicit: parato igēti ornatu lauacro/ cū sacro ſētū oleū quo liniri ritu xp̄iano q abluunt so- lēt: siue mīstrorū īcuria/siue h̄ agēte deo allatū nō esset ecce de supis delapsa colūba phialā quā āpullā vocāt odoratissimi liquor oppletā ad man⁹ Remigij detulit Creditū est sp̄ūs dei misterio id ꝑpetratū eē. Eo liquo- re h̄ Clodoue⁹ p̄mū: posteri deinceps frācorū reges ha etē⁹ regnū admīstraturi sacrant. Ministerio ablutio nis expleto: clodoueus ad circūstātē nobilitatē popu lūq̧ breui oratione habita suadet aspnari falsam deo rū religionē/& eius fidē ꝓfiteri q xp̄s appellabatur: & dei filius esset: quo auctore hostē alemannū inqt supa tim⁹. Regis orōne perculsis frācorū animis/xp̄m pro fessi abluti sunt. ¶ Clodoue⁹ vt ꝓfessam fidē signi ali

Veda- stus:

Remi- gius

Am- pulla sacra.

Tēplu3 a Clodoueo parisij factum

Tēplu3 quo ope illustraret: tēplū in colle lecuticio q nūc geno uefæ appellat̄ Parisij a fūdamētis extructū diuis aplis Petro & Paulo dicat. Nō ꝑteribo huic loco adijcē qd nullo certo auctore sed ꝑseuerāte ad hāc meā etatē fama vulgatū accepi. Fuisse regib⁹ francis buffones tris nobilitatis qdē īsigne: s3 Clodoueo xp̄ianis sacris initiato demissum cœlo esse id qd nūc reges gestant / lilia aurea qb⁹ subest cœli sereni color / quē asurū franci dicūt. Ad hāc rē mihi astipulat̄ diui Bartholomei monasteriū qd gaudiū ballis appellat̄. vbi fons hui⁹ miraculi testis ab incolis ostendit̄. Traditū quoqꝫ est pannū sericeū rubrum instar signi militaris quadratū miro fulgore splendentē diuinitus esse exceptū: quo in expeditionib⁹ ꝯ̄ fidei christianę hostes pro signo frāci reges vterent̄: huicqꝫ vexillo nomē auristāmā hactenus permāsisse. diuqꝫ a dionysianis cœnobitis asseruatam esse. Sed abutētib⁹ signo aduersus christicolas regib⁹ illud euanuisse. Alterū tn̄ nō dissimili forma instauratū esse qd ab epis & loci abbate cōsecratū īter sacra asseruat̄. Sūt q hoc cæleste bn̄ficiū Carolo magno collatū fuisse cōtēdūt. Sed ad Clodoueū reuertamur. Gestū eē inuenio a Clodoueo bellū aduersus sigebertū quēpiā. quā rē ab hystoricis nō explanatā prætermittā. Occisu3 tn̄ eū a frācis & fortunis oib⁹ spoliatū cōstat. Paternam deinde necem animo frequēter voluēs Crotildis / vltiōis percupida mulier Clodoueū adit: q̄riturqꝫ p̄rnū sibi regnū fraude Gondobaldi burgundiōis ereptum necato eius p̄re / matre vero in ꝑfluentū abiecta. Id inhumanū facin⁹ cām maximā regi esse debere: belli aduersus Gondobaldū gerēdi quo & indignā parentum eius necē vlcisceret̄. & burgundorū regnum reciperet.

Lilia celo demissa.

Auriflāma.

Burgūdorum origo.

Iam quia in burgundorum nomen deuenim⁹ originē eorum breuiter aperiemus. Augusto imperante cum vandalorū gēs in extremis germanię locis vbi cōsede

rant tumultuarent: tyberius & drusus octauij iussu in eos expeditionē duxerūt: quos victos partim vltra rheni ripas in gallijs p vicos quos galli burgos vocant distributos habitare fecerūt. Inde a burgis burgūdiones prio appellatos fuisse cōperio. Qui sequēti tpe seq̄nos allobroges, puinciāq; parti narbonēsem / & lugdunū occupauere. Arelate siqdē atq; aureliæ regni sui sedē aliquādo posuerūt. Nā otho quartus germanus iperator se arelarēsē; regē appellauit & possedit. ¶ Adduct⁹ rex cōiugis q̄rimonijs i burgūdos mouet. agros incēdit. & fugatū gōdobaldū obsidet: obsessum capit. Sed diues auro gondobaldus / opera aredis arelatæ vrbis p̄potētis municipis / magnis muneribʼ Clodoueo oblatis / se liberat: annuū tributū regi pollicit⁹. Relicto qnq; miliū armatorū in burgūdia præsidio: cui gōdesillū gondobaldi fratrē præfecerat. Clodoue⁹ i frāciaʒ reuertit. Egresso burgūdia rege / Gondobald⁹ gōdesillū vienne obsidet: fratrē in ea dēpræhēsum nō sine mīl torū strage trucidauit. pdidit vrbem gondobaldo plebeius qdā qui aquæductibus præfuerat / indignat⁹ scilicet q iminente cōmeatus pœnuria fuisset cum mulegenis ciuitate dimissus. Eam ob rē gondobaldū docet p eū ductū viennā capi posse. Reserato igit meatu immisso milite vrbs capit: franci vero milites quos gondesillo clodoueus tradiderat / ad alaricū tholosam relegati sunt. ¶ Per idē tempus irrumpentibus in galliaʒ gothis: bona frāciæ parte occupata: arriana impietate plurimi tenebant. Assumpta in eos expeditione / Clodoueus priusq̄ moueret. Paternum virū ex suis prudētem ad alaricū gothorū principem in aquitaniam oratorē de rebus quæ ex vsu vtriusq; regum essent mittit. Cōuenit diē locumq; regum colloquio dicere. Constituto tempore quo inermis quisq; accederet / Clodoueus iter in aquitaniam parat. Interim Paterno nego

Gōdobaldus capitur

Viēna.

Gothorū irruptio.

Arriana perfidia.

Alarici

ciū dat/exploret quib⁹ gothi idumētis vtanť. Qui ad alaricū reuersus offendit hoiem/& suoꝝ quēq; ferreā virgā nō minimę crassitudinis manu gestare: q̄ vel ad pcutiēdū vel iaculādū idonea videreť. Quē dolū prudēter aīaduertēs pr̄nus: appręhēsa regis manu ꝓmissi eum admonuit. Ille dolū q̄tenus potuit dissimulās/ pfidiā abscōdit. Tandē pr̄no in suspitione pfistēte/placere sibi alacri⁹ait cōtrouersiā q̄ iter reges agitabať ad Theodoricū Italię regē referri/& ab eo definiri. Cū ad Theodoricū vētū est/ille cā cognita litigatores i aqtaniā remittēs/iubet pr̄no vt in summā turrē quā ipe designabat ascēderet/hastāq; erectā teneret: gothi vero tādiu nūmos ad hastā ꝓijcerēt: donec ad ei⁹ mucronē coacervatis nūmis hasta tota tegereť. Quod iudiciū nō acceptauere gothi. Sed indignabūdi: paternū ludibrio habueřt. Nā cubiculi ei⁹ effractis qbusdā tignis/& desup cōiectis tapetib⁹ cū piculū occultassent: pr̄n⁹ dū noctu curādi corpis grā exurgit: p effractū tabulatū deorsuꝫ p̄ceps delapsus brachiū effregit: reliquo corpe grauiť cōcusso. Hac iiuria affectus pr̄n⁹ gothorū pfidos mores Clodoueo renūciat. Quāobrē irritatus rex/ orone ad suos de violato oratore habita exercitū ingredi ad hostes iperat. ꝑus tn̄ q̄ i aciē ꝓdiret ad diui Martini sepulchrū donaria mittit: tanq̄ de futura victoria oraculū expectaret. veniētes q missi erāt dū ad fores tēpli accedūt audiunt psallentes sacerdotes dauidis hymnuꝫ Protexisti me dn̄e virtute ad bellū. Quod ominis loco suscipiētes/oblatis mūerib⁹: ad regē pniciter se cōfeřt Oraculo accepto rex erectior fact⁹ ad hostē festiat. Dū ꝓcedit agmē Viēna amnis obstitit/q crebris ibrib⁹ itu muerat: ita vt vado trāsiri nō posset. Impeditū dolēs exercitū Clodoueus/de⁹ iquit optime in tribulatiōib⁹ adiutor: attende q̄ in hostes tuos ꝓficiscor. Faue religioni tuæ quā tueor. & ne differ de hr̄tico gotho sume

Dolus

Theodorici iudiciū

Omen.

re vltionē:& q nos præpedit da fluuiū vadabilē. Hoc precantē Clodoueū nō est aspnat⁹ de⁹. Ad pmā eni in sequētis diei lucē ceruus e silua (nemine inclamāte) in cōspectū se prupit: q magnis ide militū vocib⁹ excit⁹: fluuiū enatās: q̄si itineris explorator vadū mōstrauit. Hunc secuti milites in vlteriorē fluenti ripā qua ceru⁹ traiecerat euadūt. Vltra pgressus exercit⁹/ ad diui Hylarij pictaueñ. ędē cōsistit. Vbi intēpesta nocte q escēte Clodoueo ignis in tentoriū decidere visus est: qđ pdigium plerioq; bonā in partē interpretabātur. Cū nō pcul abesset hostis milites i aciē rex eduxit: moxq; atrox vtriq; pliū cōmittit iuxta fluuiū clanū. in cāpo voglodinēsi qui ab vrbe pictauoꝝ decio miliario abest. Rex inter pliātes alaricū cōspicatus eū inuadit: & sol⁹ soli congrediens solo deiectū gothū necat. Hec finis alarico fuit/ cum annos duodecim tyrannidē assumpsisset.

Ceruus index itinens. Ostētū.

Alaric⁹ gothus a clodoueo occidit.

¶ Hāc victoriā Clodoueus mox insigniorem reddit. theodoro filio cū exercitu in narbonēsem puīciā misso. quo duce ea pars quā nūc occitanā linguā vocant: ipos pterea aruernos patri audiētes fecit. Burdegalæ tūc clodoue⁹ hyemabat: vnde ineūte pximo vere tholosates petit: vbi alarici thesauri asseruabant. Quibus expilatis: reliqs vrbes q̄s gothi psidio tenebāt adorit. Hisq; (hoste vndiq; deturbato) frācoꝝ præsidiū ponit. Reb⁹ ad hūc modū quietis: turonū se cōtulit. vbi anastasij bizantini impatoris legatos audiuit/ impatorio noīe amicitiam ei offerētes romanūq; cōsulatū. Quo honore affect⁹ rex inscēso equo in patentē campū q inter diui Martini ædē turonūq; p tps erat pficiscitur. vbi ppl'o varia munera pfudit: cūctis acclamantibus. Bñ sit regi ɔsuliq; romano. ¶ Equi deīde memor quo in bellis libēter vtebat: queq; duo Martino voti reus dicauerat: equū ingēti pecunia redimi cū frustra iussisset: nec moueri loco equus scopuli instar potuisset rau

Anastasius imperator

reos centũ quos illa ætas solidos appellabat pori prę-
cio adijci iubet. atq; ita equo recepto: bon⁹ inqt ĩ nego-
cijs adiutor Martin⁹ ẽ: sȝ mercede car⁹. ¶ Pacatĩ pau-
lulũ rebus: regnacar⁹ cameracus prĩceps insequentis
causa belli fuit. Erat ei petulãs & multa libidĩe famo-
sus. Quib⁹ vitijs (vt prĩcipib⁹ fere cõtigit) pharo qdã
assentator morẽ blãdissime gerebat / ita vt nihil nõ illi
crederet regnacar⁹. Hanc rem pceerib⁹ ægre ferentib⁹
ad Clodoueũ mittũt / suã pollicentes operã si effœmi-
natũ hoiem prĩcipatu amoueret. Adduntq; cũ pugna
inireť se simulata fuga dñȝ pugnę tpe deserturos. Clo-
doueus vt pceres cõuẽta seruarẽt: ęrea fabricatus ar-
ma eaq; inaurata ita vt credi aurea possent pditorib⁹
dono dat. Adulterina munera mox cũ exercitu sequiť
Clodoue⁹: ĩstructa vtriq; acie cõsertaq; fortiter manu
pditores simulãt fugã duce deserto: quẽ captũ occidi
rex mãdat vna cũ ei⁹ fratre q duci auxiliũ nõ tulisset.
Necauit itẽ & ppinquos oẽs: ne successionis iure ad-
ducti prĩcipatũ regnacari vẽdicarẽt. Proditorib⁹ autẽ
(cũ se falsis donis a rege circũuẽtos quererenť) rñdit.
Quib⁹ pręmijs esse dignos eos putarẽt q suũ ducẽ p-
didissent? Satĩ illis supq; eẽ q vita donati essent: atq;
ita illos domũ dimisit. Clodoue⁹ reb⁹ gestis plurimis
clar⁹ post acceptã xpi fidẽ cũ annos. xxx. regnũ admi-
nistrasset: quattuor supstitib⁹ liberĩ vita decessit. Regĩ
mortem pcesserat ingens apd viennã vrbẽ terræmot⁹
quo cõcussę palatinę ædes vna cũ priuatorũ domici-
lijs / tẽplisq; corruerũt. Hæc Mamerto qui põtifex vr-
bis erat causa fuit instituendę supplicatõis. q añ dñice
ascensionis diem festũ quotãnis per quasq; eccłias le-
tanie noie celebrať. ¶ Cõdit⁹ est sepulchro Clodoue⁹
qd etiã nunc Parisij visitur in ęde Petri a se ædificata.
Additumq; tumulo insequens carmen autore Remi-
gio: anno christiano quingentesimo decimo quarto.

Regnacar⁹ camerací dñs.

Clodouei dolus.

Prodigia.

Mamertus viẽnensis eps.

¶ Diues opũ: virtute potẽs: clarusq; triũpho
Condidit hanc sedẽ rex clodoueus. & idem
Patricius magno sublimis fulsit honore.
Plenus amore dei cõtẽpsit credere nullo.
Lumina qui varijs horrẽt portenta figuris.
Mox purgatus aquis & christi fonte renatus
Fragrantẽ gessit infuso chrismate crinem.
Exemplumq; dedit sequitur quod plurima turba
Gentilis populi: spretoq; errore suorum
Doctorem cultura deũ verũq; parẽtem
His fœlix meritis superauit gesta priorum.
Semper cõcilio castris bellisq; tremendus
Hortatu dux ipse bonus ac pectore fortis.
Constructas acies firmauit in agmine primus.

¶ Eo regnãte precib⁹ bti Remigij frater suessionũ põtifex: vedastus atrebatiũ & Auit⁹ nouiomẽsiũ ecclijs præerant: arrianis magnopere contrarij.

SVccedẽtes Clodoueo filij q̃s q̃ttuor ex Clotilde susceperat. regnũ quadrifariã cõcordib⁹ animis (quod de impio agitãtibus raro euenit) ptiti sunt. Theodoric⁹ mediomatricos q & mettẽses: Clodomir⁹ genabũ q̃ aurelian⁹: clotari⁹ suessionẽ. Childebert⁹ parisios obtinuit. Hi oms cũ se se mutua amicitia colerẽt: regio noie seorsum assũpto dani mettẽsem agrũ inuadũt p̃das faciẽtes: in q̃s theobertũ filiũ cũ iustis copijs Theodoric⁹ mittit. Fusis danis: ad patrẽ cũ bono captiuo℞ nũero triũphans Theodebert⁹ se recepit. ¶ Interea clotildis filios ad se pisiũ conuenire mãdat. Atq; (vt erat appetẽs vĩdictę fœmia) iniuriã ill⁹ apit p̃nę necq;. Ad se q̃dẽ burgũdi regni portionẽ ptiere: s; gõdobaldi potẽtia atq; crudelitate vtroq; parẽte orbatã se & hereditate p̃uatã eẽ. Quãobrẽ p̃catri vltionẽ parricidæ Gõdobaldi parit̃ assumãt. Moti mr̃nis p̃cib⁹ filij: õtractis copijs burgũdis bellũ idicũt.

Clotil- dis filiis suos

Bellũ i burgũ-dos. Quos p idẽ tps (Gõdobaldo pr̃e vita functo) sigismũdus moderabat̃. Qui delectu militũ habito: aduersus frãcos se obijcit. Dimicatũ est acerrimis virib⁹. Sed inclinãte ad Clodomirũ fortuna sigismũdus in fuga capitur. victusq̧ aureliã missus ẽ. quẽ nõ multo post clodomirus pariter cũ liberi interẽptũ in altissimũ puteũ deiici iubet. Sed ide tãdẽ exẽptos ad diui mauricij monasteriũ qđ nõ lõge ab octodoro sabaudię vico simon sigismũdi frat̃ extruxerat efferri: ibiq̧ sepeliri pmisit.

¶ Huic clodomiri fortunæ aduersa successit. Nãq̧ cognito q̧ Gõdeuall⁹ burgũdionũ impũ vẽdicaret: bellũ reditegrat. Sed dũ lõge a suis clodomir⁹ hostẽ psequit̃ a multi circũuẽt⁹ (q̃q̃ furẽtib⁹ oclis & minaci vultu terrori eẽt) iimicis cõiectis vndiq̧ telis appetit⁹: pugnacissim⁹ rex temeritati suę pœnas luit. Amisso rege frãci nihil pauẽtes dñi sui mortẽ vlcisci pseuerãt. Verso in fugã burgũdione multi interẽpti: vicos agrosq̧ depopulant̃ atq̧ icẽdũt. ¶ Erãt clodomiro liberi mares tres: Theodoald⁹/Gõther⁹/& Clodoald⁹. Quos a pr̃is morte educãdos apđ se clotildis recepit. ¶ Clodomiri morte nũciata Clotari⁹ atq̧ childebert⁹ fraternę neci vltores coacto exercitu i burgũdiã pgũt. Fugato gõdomaro/eiusq̧ vxore i captiuitatẽ abducta: vniuersa burgũdia potiunt̃. ¶ Hoc bellũ mox hyspaniẽse secutũ est.

Amalricus. Cui amalric⁹ cãm dedit. Hic i extrema gallia q̃ ad pyrheneũ spectat icolis: hyspaniã cũ gothis tenebat. Mortuo vero clodoueo itactã antea regionis ptẽ amalric⁹ occupauit. Vnde alos tollẽs: ad reges frãcos de ea re nunciũ mittit. petitq̧ eoꝝ amicitia frui liceat: atq̧ ex eoꝝ familia ducere vxorẽ. Nõ indigna petitio regib⁹ visa ẽ. Sororẽ virginẽ illi dãt. Quã regio fastu susceptã Amalric⁹ liberaliter pmũ: mox cõtẽptissime habuit. Quippe q̧ arriano veneno ibut⁹ rectę fidei mulierẽ despuebat. adeũtẽq̧ ex more xp̃iano ecclias cõtu

rorũ blãchę q̃ ab hyspão rege ꝯtẽpta fuisset remiscẽs: so roria iura repetẽ ꝯstituit. Cui⁹ rei cã ꝑpato exercitu p pi ctauiã atq; vasconiã ad saluãtrã ĩ pireneo saltu oppidũ copijs ꝓmotis: tandẽ sęua hyeme impedit⁹: cõmeatuq; defect⁹: ex quorũdã ꝓcerũ quib⁹ expeditio nõ placebat cõsilio: militẽ domũ dimittit: misso in nauarrã cũ delecta militũ manu carolo arthesij comite: q belli motũ sedaret suppetias ferens eustachio belmarchio quẽ seditiosi qdã nauarrę primates pãpilonę obsessum tenebãt. In eo belli negocio cum secũda fortuna carolus vsus eẽt: castellę rex carolũ p nuncios oratũ facit: ad se cõcedat. Sed id facere carolus distulit donec Philippũ de re ipsa ꝯsuleret. Ex cõsilio regis cũ ad castellę regem carol⁹ accessisset: lõga cõfabulatiõe habita: castellanus Carolũ orat vt cõciliator pacis iter Philippũ & se ĩtercueniat. Et vix qdẽ hęc locut⁹ fuerat castellan⁹ ecce tabellari⁹ ex francia cũ epistola venit. Lr̃asq; castellę regi reddit. Eas postq̃ rex plegit. O carole inqt nõ sum amicorũ ope destitut⁹. Sũt apd̃ frãcoꝝ regẽ q mihi diligenter obsequunt̃: meq; de his q̃ apud Philippũ gerunt̃ efficiũt certiorẽ. Quib⁹ & te cõuenire oportuit: q mihi es cõsobrin⁹. Talib⁹ colloqis postq̃ dies aliqt exacti sunt. Carol⁹ vale regi dicto nauarrã petẽs: ordiatis reb⁹: ad philippũ ĩ frãciã venit: narrans q̃ a castellę rege ipse audiuisset: esse apud eũ q archana ipsi⁹ cõsilia inimicis ꝓderent. De q̃ re cũ philippus magnopere sollicit⁹ esset. cõtigit vt tabellari⁹ q ad regẽ castellę lr̃as a Petro brochio p idẽ tp̃s acceperat morbo ĩterceptus: priusq̃ mortẽ obiret: lr̃as ipsas monacho cuidã tradiderit Philippo pferẽdas: p oẽm religionẽ obtestatus: q̃ nemini nisi philippo litteras redderet. Acceptis lr̃is monachus ad regẽ ꝓficiscit̃ vt tabellario ꝓmiserat cõmissa absoluit. Intelligit rex ex lr̃is petrũ brochiũ pfidũ & rerum suaꝝ ꝓditorẽ eẽ. Nã ex diplomate & sigillo cognit⁹ ẽ.

Nauarra.

Petri brochij ꝓditio reuelat̃

autor. De q̃ nihil dubi⁹ rex brochiũ dep̃hẽsum: parisij ĩ custodia haberi iubet. Qđ vbi cognouit baioc⁹ p̃sul: romã aufugit: eccl'ię pręsidio ꝓtegẽd⁹. Cõuocatis parisij paucis post dieb⁹ ꝓcerib⁹: morte dãnat⁹ ẽ brochius quẽ carnifex excipiẽs añ solis ortũ patibulo strãgulauit. ❡ Brochio vltio supplicio affecto philipp⁹ atq; castellan⁹ rex: cũ hic baionę eẽt: ille apđ mõmarsanũ ageret: & p legatiões vltro citroq; missas de blãchę & filiorũ iniurijs tractaret: nũcij a põtifice romão martino q̃rto veniũt: q reges ad pacẽ cẽsura eccl'iastica cõpellant. Hęc cã extitit quãobrẽ Philipp⁹ cœpta nõ est ꝓsecut⁹. Magna ĩ excelso pricipe vel hũilitas vl' socordia: ad sacerdotũ ĩperiũ cãm ĩnocẽtis sororis & pupilloꝝ deserere. Deseruit tñ philipp⁹ & ꝓfect⁹ ide: aragonię regem Petrũ occurrẽtẽ sibi habuit. Qui paucũ apđ tholosates dieb⁹ morat⁹: ĩ cathaloniã remeauit. vbi cõstãtia eius vxor ex mãfredo ĝeita virũ docet tp̃s aduẽisse cũ sicilię regnũ ad se ꝑtinẽs occupe possit. Eadẽ tẽpestate seq̃na fluui⁹ tã exũdãti aquarũ ĩcremẽto ĩtumuit: vt maioris apđ parisiũ põtis testudines sex dissoluerit: & minoris vnã vrbe p gyrũ aq̃s circũsepta. ❡ Ad petrũ aragoniũ redeo. Agẽte ĩportune apđ virũ cõstantia ne sicilię rex negligeret: adduct⁹ q̃; a nicolao tertio romão põtifice q caroli regis potẽtiã minorẽ facere cupiebat: vt cõstãtię suę vxoris ius ĩ sicilia vĩdicaret: petr⁹ missis messanã pãhormũq; nũcijs: iubet terrę ꝯditionẽ & statũ ĩq̃ri. Cõicato cũ ciuib⁹ cõsilio: nũcij adductis secũ regni quibusdã primarijs ad Petrũ reuertuntur. Cũ quo fœdere icto siciliẽsis cũ ĩ vrbes suas quiq; cõcessissent cõstituta ad detestabile facin⁹ die/cũ p eccl'ias signũ daret cantãdorũ vesperorũ: oẽs gallicę stirpis vna cum grauidis vxorib⁹ necãt. Nec defuerunt q matrib⁹ exsectis euulsum ex vtero fœtũ ad parietem alliderẽt: ne qđ franci sanguinis apđ eos post hac extaret. Idẽ piculũ excidit

Petrus arago.

Seq̃nę exundatio.

Nota de regno sicilię.

apud forũ iuliũ. Cũ enĩ in obsidione guido apapi⁹ age ret: & põtificis martini q̃rti forũiuliũ recupare cõtẽde ret: guido bonat⁹ astrologus nõ vulgaris considerata syderũ oportunitate ciues ad eruptionẽ excitat. gui donẽq; cũ octingẽtis gallis fudit & occidit. Tã ĩpatiẽs est gens italica gallicę supbię & libidinis in fœminas. Hoc crudeli initio petrus ĩpem cepit: & simulata ĩ sar racenos expeditiõe ĩ siciliã mox aduersus Carolũ ãde gauũ se ꝯuertit: qui eodẽ tpe messanã obsidebat. ¶ Cõ tra vero Philipp⁹ de reb⁹ sicilię sollicit⁹: vt petrũ a si ciliẽsi bello reuocaret in aragoniã p parpiniacũ exerci tũ ducit: genuã capit & diruit. Publicauerat enĩ marti nus q̃rt⁹ petri regnũ: & occupãtĩ fore decreuerat. Erat ĩ aragoniã iter vnũ qđ incolę sclusam vocãt: transitu q dẽ difficile sed breue: qđ ꝑterea dolijs sabulo oppletis hostis ĩpediuerat: seq; ĩ iugis mõtiũ cõtinebat: vñ frã corũ veniẽtes copias cõtẽplaret. Scrutãti Philippo cõ modũ q̃ faceret iter: Ruscillian⁹ quidã nothus qui apđ genuã capt⁹ libertatẽ a rege meruerat: scire se ait viã ad primũ ꝓximũ lapidẽ q̃ nesciẽte hoste exercit⁹ tuto eua deret. Rẽ gratã leto aĩo rex excepit. Iussisq; aliquot ex suis simulare p sclusam facere trãsitũ: ipse cũ expedita militũ manu nothũ secut⁹: tãdẽ p dẽsissimos sentes & ĩculta virgulta: ĩ Proximũ mõtẽ euasit: atq; ad se p ẽã dẽviã copias oẽs recepit. Hostis aũt cũ ĩ mõtes supasse frãcos: & ad se ordĩe ĩstructo cõtẽdere videt: nullo cõ misso ꝓlio: fugã arripuit: castris relictis. Inde ad petrã latã itũ ẽ: quã a frãcis circũuallatã oppidani intẽpesta nocte igne p mœnia iiecto deseruerũt. Ea a nr̃is occupa ta & ꝓsidio ĩposito Philipp⁹ gerõnã copias mittit. Vbi laboriosa nimis obsidio fuit: & oppugnatio freq̃ns at q; diu ĩutilis. Deniq; excogitauit Philipp⁹ machinam quã ad q̃tiẽdos diruẽdosq; vrbĩ muros fabricatã obsessi noctu vrbe egressi succẽderũt. Eã ob rẽ nimia ĩdignatio

Machina extruit.

ne pcitus rex: firmat aio fame ꝓmere ciuitatē. Interī tñ ꝓpter cadauerū p agros passim iacentiū putorē & muscarū vix credibilē multitudinē pestilēs fact⁹ aer frācis letifer fuit. ¶ At petr⁹ accepto philippi ī aragoniā aduētu relicta pāhormi vxore cōstātia: q̄ rerū siciliēsium curā gereret: magnis assumptis copijs ī aragoniā nauigare festinat. Erāt regię naues ī statiōe apd portū rosę vñ cōmeat⁹ ī castra frācoꝝ dietim facile īportabaꝉ: donec petr⁹ aragonēsis vectores ītercipe magnopere conaꝉ. Itaq̄ꝫ portū rosę occupatur⁹ milib⁹ duob⁹ & q̄drīgētis armatis assumptis: ad portū mouēs īsidias pōit. cui⁹ aduētu ab exploratore frāco cognito: rē ad radulphū conestabilē & iohēm haricurtū exercit⁹ marescallū defert. ¶ Hi cōione cū comite marchiano habita qngētos electos milites duce exploratore educūt. Cōtēplatj aūt hostiū copijs q̄ suis maiores erāt: cū nescirent petrū ī īsidijs ageꝛ: retro abire statuerāt: nisi eos cohortat⁹ matthe⁹ de roya. O īqt cōmilitōes ecce ī ꝯspectu adē hostj quē q̄rebam⁹. Quid cūctamur: hodie diuę assūptiōis marię festū diē acturi sum⁹. Ab ea spem⁹ opē aduers⁹ eos q cōiōis xp̄ianę sūt extorres. Par ei nob meritū īpēdet eccłię iiurias vlciscēdo: ac sī in fidei hostes pugnarem⁹. Hac matthei orone īcitati frāci aragōes īuadūt. Fitq̄ꝫ ꝑliū atrox & cruētū: ita vt petr⁹ eq̄ desiliēs cū pedite pugnaret. Vbi vulnere accepto: & fugientib⁹ suis ipe q̄ꝫ fugę se ꝯmittēs paulopost īterijt. Hac victoria Philipp⁹ exultās de expugnāda gerona maxie laborabat. ¶ Erat ī philippi exercitu fuxēsis cōes q cū geronēsib⁹ nōnūq̄ (ñ ignaro rge) colloq̄baꝉ. Hic ciuitatis statū ꝯptū hēbat: & ī illa triduī vix cōmeatū eē nō igrabat. eā ob rē sciēs cupe ciues Philippo cōciliari: regē rogat sī geronēses ad deditionē saluis fortunis oīb⁹ recipet: īpetrat cōes paucoꝝ dieꝝ īducias: dōec gerōnēses suū rgē ad ferrādas ilł suppetias admōeāt Missis ob eā

Pestis fer annus.

Petrus in aragoniā reuertitur.

Mattheī de roya ad suos oratio.

Petrus vulneratus interijt.

rē a geronēsib⁹ ad petrū legatꝗ: cognita ꝓncipis sui morte ad suos cū redissent ciuitatē philippo dedūt: ꝓmissa illis exportādoꝝ q̄ vellēt bonoꝝ suoꝝ ꝑtāte. Recepta gerōna firmū ex suis ꝑsidiū Philippus īponit. Atq̧ ad tholosates se ꝯferre cōstituēs: malo ꝯsilio vsus: classis ꝑtē q̄ ī portu rosę erat ī frāciā remittit. Qd postq̄ hostꝗ cognouit: frācos reliq̄ classis custodes adorit̄ & plurima cęde dilaniat: iter quos Enguerrān⁹ caroli nauiuꝫ pręfect⁹: & aubertus de lōgavalle viri armis strēnui occidunt̄. Franci vero tāto īcōmodo accepto: nauibus igne īposito atq̧ incēso oppido ad regē se recipiūt. Qui ęgre ignominiā ferēs febrē īcidit. Et cū iugū mōtiū hostis incideret: Philipp⁹ ꝑ angustias pyreneas parpiniā cū se cōtulit. Vbi recrudescēte morbo: sacris xp̄ianis receptis rex emorit̄. Cui⁹ exsecta pręcordia narbonę sepulta sunt. Ossa vero ad dyonisianū cœnobium elata. Huic philippo duę vxores fuerͭ: vna ysabella ex arragonēsib⁹ q̄ tres illi liberos tulit. Ludouicū q mortu⁹ ē infans. Philippū q pulcher appellat⁹ est: & Carolū valesiensem. Ex altera cui marię nomē fuit brabantini ducis filia ꝓcessit Ludouic⁹ ebroicēsis comes: & Margareta q̄ Eduardo scđo anglo regi nupsit: & Blancha quā austrię dux aubti alemānoꝝ regꝗ fili⁹ duxit vxorē

Geronna dedit philippo.

Philippus morit̄.

PAtris regnū Philipp⁹ pulcher: āno gr̄ę salutaris ducētesimo octogesimosexto supra mille suscepit. Ad quē edouard⁹ āglus veniēs aqtaniā sub Philippi ditōe atq̧ ꝑtāte se possidere cognouit: ꝑstito iureiurādo ī fide erga regē ꝑmanendi: quā tn̄ mīme obsuauit. Nā magnis copijs normanniā derepēte īuasit: regię classis occisis ꝑfectꝗ & alijs ꝑfimil' q normāniā philippi noīe moderabāt̄ Quā rē postq̄ rex cognouit ad edouardū & aqtanię ꝑfectos mittit. Mādās eos q hui⁹ rebelliōis autores extitissent cōprehēsos petragoricū ducāt digna ꝓ scelere pœna afficiē-

Edouard⁹ fide fragus.

dos. Sed cōtumax angl⁹ dicto audiēs nō fuit. Eapropter p arnulphū de nella conestabilem aqtaniā philippus sibi vēdicat. Et nihilomin⁹ edouardo diē dicit ad iudiciū suū veniēdi. At āgl⁹ debitę philippo fidei ɔsci⁹ vt aliquā ɔceptę a se fraudi viā apiret: p nūcios philippo significat se aqtaniā: & qcqd in frācia terrę sub ipserio ei⁹ tenuisset remittere: eicq̃ i ppetuū cędere. Hęc enī edouard⁹ dicēs spe magna ducebat armis possessionē repetēdi: qs iure belli atq̃ gētiū forte postea ɔparatas nō aliena ditiōe astrict⁹ retineret. ¶ Eadē ferme tēpestate guido flādrię comes iita clā cū edouardo societate filiā illi suā despōderat. Qd ne pter philippi assensū facere videret ipe cū filia ad regē venit: vt ide i angliā ex regꝭ snīa traijceret. At sec⁹ ac comes rat⁹ est accidit. Nā pr̄ in custodia habit⁹ est. Et filia cū liberꝭ philippi educāda tradita. ¶ Interi Carol⁹ valesi⁹ philippi frat̃ expeditionē i aqtanos ducit. Et rionē arcē maritimaꝝ circūuallat. Quo tpe rodulph⁹ de nella pōtēseyū (quā arcē ɔplures aqtani āgliq̃ psidio tenebāt) obsidēs: pacto cū āglis clā iito arcē recepit: atq̃ ita āglis liberꝭ dimissis aqtanos oēs victos ad carolū Rionē pducit. qs furcis appēsos Carol⁹ an̄ rionis portas strāgulare ipērat. Quo terrore pculsi Iohēs de sctō iohāne: & Iohēs britonic⁹ q rione obsessi erāt noctu fugiētes: pusq̃ naues ad hoc i portu paratas cōscēdissent: a vasconibus anglisq̃ necant. Intellecta obsessorū seditiōe: carol⁹ arcē expugnat: interēptꝭ vasconib⁹ cū bona angloꝝ pte. Deide ad sctm̄ Seuerū mouēs cū p cōtinuā ęstatē dura obsidiōe locū pssisset: oppidū tādē capit. At paulopost Carolo in frāciā abeūte: oppidani in fide nō māserūt. ¶ Multis bellis occupat⁹ philipp⁹: cū re pecuniaria laboret tributū a mercatorib⁹ primū: mox & a clero plebeq̃ cētesimā atq̃ quiquagesimā oim q̃ possidebāt exigit. Secutūq̃ est aduersus anglos igēs bellū. Cuius rei

Attēde edouardi dolū

Guido flādriæ comes cū filia retinet̃ a rege.

Centesimam & qnq̄gesimam philippus indixit.

gr̃a missus ab edouardo frater ei⁹ eadmõdus Bayonę mortu⁹ ẽ. Post ei⁹ mortẽ vasconib⁹ sollicitꝫ & sũmope curãtib⁹ p̄sidio & cõmeatu munire ciuitates. Robert⁹ arthesij comes q in aq̃tania aduersus anglos bellũ administrabat occurrit & statĩ fugat: ꝯpluribus ex illis occisis. ¶ Per idẽ tp̄s hẽric⁹ dux barri q edouardi filiam despõsauerat cãpaniã ĩcursiõib⁹ atq; ĩcẽdijs vexat. quẽ galter⁹ creciac⁹ cũ magnis copijs barrũ iubẽte philippo petẽs / terrã ita vastat: vt hẽricũ p cãpaniã grassãtẽ domũ repetere ꝯpulerit. ¶ Insurrexit p̄terea aduersus philippũ guido flãdrię comes atq; edouardi ptiũ fuit: cũ fuisset a philippo suę libertati pmiss⁹. Hãc belli cãꝫ iustã esse rat⁹ philipp⁹ arma capit: & magno militũ robore in flãdriã ꝓgredit̃. Et ad isulã castra ponẽs: oppidũ cũ arce expugnatũ recepit. Dũ hęc a philippo gerũtur Carol⁹ aq̃tania p̄fectis relicta: arthesiũ reuersus ẽ. Atq; a sctõ audomaro copias in flãdrẽses mouet. Cui occurrẽs apd̃ furnas guido comes: sexcẽtꝫ eq̃tib⁹ & sexdecĩ peditũ milib⁹ instruct⁹: p̄liũ non detraxit. In quo Guillerm⁹ iuliaci / & Hẽric⁹ bellomõtẽsis cũ plurimis capti p diuersas custodias asseruari iussi sũt. & furnę cũ oĩ valle casletẽsi a carolo occupatę. guido vero brugꝭ se recepit. Ad quẽ edouard⁹ angl⁹ ex ãglia cõcedẽs cũ audisset philippũ ad se ĩfesto agmĩe ꝓficisci relictꝫ brugis ip̄e & comes gãdauũ petũt. Philippo q̃dẽ (abeũte guidone) brugẽses deditionẽ fecere. Nec multi dies intercesserũt: cũ edouard⁹ ĩducias a rege postulat. Quib⁹ ad biẽniũ cõcessis & iureiurãdo roboratꝫ philipp⁹ flãdria egressus ẽ. ¶ Eodẽ tp̄e bonifaci⁹ octau⁹ pontifex roman⁹ ludouicũ regẽ clarꝫ opib⁹ & miraculis illustrẽ in nũerũ cęlestiũ ĩcolarũ retulit. Cõcessit p̄terea philippo atq; ei⁹ successori filio p̄uilegium vacãtiũ eccl̃iarꝫ p ãni vni⁹ exigẽdi: p̄terq̃ earũ q̃s cathedrales & monasticas vocãt: id aũt ius regalię appellatũ ẽ qd̃ regib⁹

Belluꝫ flãdrẽse

Inducie.

Scti ludouici i re uẽtũ latio.

ita peculiare eẽ frãci cõtẽdũt: vt nihil magis ad ius re= giũ ptiere possit. ¶ Cõuenere p id tps apd vallicolorẽ aubert⁹ alemãn⁹ rex/& philipp⁹ q veterꝫ amicitię atq̄ societatꝫ iura innouarũt. Firmata ĩter reges beniuolẽ= tia cũ ĩduciarũ finis adesset: philipp⁹ carolũ valesiũ cũ valida militũ manu ĩ flãdriã mittit: qui duaco atq̄ be= thunia capta: brugas ꝯtẽdit aduers⁹ robertũ guidonis filiũ q illic castra fixisse dicebat. Prelij ptãte facta cũ vi ctoria ad frãcos ĩclinaret: fugiẽtes flamigi Gãdauũ se recipiũt. Quos cũ carol⁹ ĩseqt: guido ĩtercedẽtib⁹ ami cis cũ filio roberto ad carolũ supplices accedũt: ad phi lippũ deducti diuersis custodijs mãcipãt. Tũc flãdriã ingress⁹ philipp⁹ fide illi a ꝓcerib⁹ p̄stita: iacobũ de scõ paulo flãdrię p̄fecit. Nec satꝫ fortunæ fuit tot scł'arib⁹ bellis regẽ ĩplicare: nisi rõanũ etiã potificẽ aduers⁹ eũ ꝓuocaret. ¶ Bonifaci⁹ eĩ octau⁹ bellũ hierosolymita nũ aĩo agitãs: cũ sparet philippũ ad id bellũ inducere: appamẽsem epm ad regẽ mittit. Qui ĩcassum se mitti cũ intellexit/minis agere tẽtãs: q̄si philippũ regno pri uãdũ dictaret: si põtifici nõ suffragaret ĩ carcerem phi lippi iussu cõiect⁹ est. Quo facto qa ius gentiũ violasse philippũ bõifaci⁹ diceret: vt erat supra modũ arrogãs vltionẽ parat Itaq̄ misso ĩ frãciã archidyacono narbo neñ. philippũ vetat qcq̄ de eccł'ie ꝓuẽtib⁹ pcipe: q tãet si eccł'iarꝫ defẽsor sit: se tñ regnũq̄ frãcię p ei⁹ cõtuma= ciã ad romanã eccł'iam eẽ deuolutũ. Si sec⁹ faceret: ipm cũ fautoribus in hereticorũ numerũ habiturũ. Episco pis quoq̄ & aliquot abbatib⁹/ theologis insup & põti ficij iuris doctoribus diem dicere iubet: romę ad kalẽ= das nouẽbris se sistẽdi. Simulq̄ ĩdulgẽtias & cõcessio= nes a romanis põtificib⁹ frãcis elargitas nullas esse de clarat. His mãdatꝫ ab archidyacono supbe expositꝫ phi lippus epm appamẽsem q ob maledicta ĩ regẽ ĩ carce= re tenebat archidyacono restituit. simulq̄ ĩpat regno

Regalia.

Bonifacij ĩ philippum odium.

sine cũctatione illũ excedere. Insequẽti postea vere cõuẽtu parisij habito põtifices ꝑmũ philippus cõmẽoratis quas a bonifacio accepat iiurijs rogat: a quo suarũ ecclesiaꝝ ꝑdia ,puẽtusqꝫ accepissent: deide ad proceres cõuersus. Et vos inqt viri nobiles quẽ vobis regẽ dñzqꝫ habere arbitramini? Rñdẽtib⁹ sine ꝯtrouersia regio se iure illa oĩa tenere atqꝫ tueri. At inqt rex: bonifaci⁹ ita agit: q̃si vos regnũqꝫ oẽ frãcoꝝ sedi aplĩce subiectũ sit. Imperiũ eni alemãnorũ qđ ip̃e alberto ter petẽti negauerat: illud cũ frãcorũ regno simul alberto cõtulit. Nos ãt o viri fidei vrę atqꝫ bẽiuolẽtię grãs agẽtes,pollicemur: libertatẽ publicã vr̃a ope freti ,ptegere. ¶ Cõuẽtu dissoluto rex publico edicto ,phibet e regno qcq̃ auri argentive aliarũqꝫ merciũ exportari: cõstituta ĩ ꝑuaricatores edicti pœna. Iubet pręterea ad regni extremos fines atqꝫ exit⁹ custodes assignari: qui ĩgrediẽtes

Causa cedis in curãt: apđ curtracum a flamĩgis facte. egrediẽtesqꝫ asseruẽt. Interĩ dũ hęc a philippo sollicite curãt: seditio a flãdrẽsib⁹ ĩ iacobũ comitẽ scĩ pauli quẽ francos gẽti ꝑfecerat rex orta ẽ: ob vectigalia qb⁹ comes incolas aggrauabat. Ad curtracũ hęc ꝑmo pestis exũdauit. Fitqꝫ a plebe brugẽsi ĩ frãcos ꝑniciosus ĩsult⁹: cadẽtibus vtrĩqꝫ q̃plurimis. Qđ vt resciuit philipp⁹ delectos bono nũero milites brugas mittit. Quos simulata parẽdi hũilitate receptos nocte ĩsequẽte brugenses trucidãt. Fama extitit comitẽ scti pauli brugis admissũ cõminatũ fuisse oppidanis qbusdã necem: atqꝫ ob idip̃m brugẽses aĩos ad tãtũ facin⁹ desũpsisse. Noctꝫ atqꝫ hospitis sui bñficio defẽsus comes aufugit: suis relictꝫ q̃s noctu brugẽses ad magnũ nũerũ furẽtes trucidauere. Et scelerꝫ ĩmanitate tumultuosiores effecti: contracta oĩs gñis hoĩm manu: spẽ capiũt/ guidonẽ comitẽ suũ quẽ ĩ custodia philipp⁹ habebat liberãdi. Atqꝫ ita mouẽtes guidonẽ namurcũ comitꝫ flãdrẽsis filiũ obuium excipiũt q alemãnoꝝ theutonicorũqꝫ rapti copijs in-

ſtruct⁹:eorū expectationē auxit. Parātib⁹ bellū brugē ſib⁹: res nouas copias robto artheſieñ. attribuēs iubet in flādriā ꝓficiſcať. Robert⁹ negociū recipiēs eductꝫ co pijs īter brugas curtracūqꝫ caſtra ponit ad fluētum qđ mediū īter ſe atqꝫ hoſtes erat. Qđ tāetſi pōte flamigi iū xiſſēt aduenīētib⁹ tñ frācis pōtē diſſoluerāt. Quo a frā cis magna cōtētiōe hoſtiū īſtaurato: dies ꝓlio dicta eſt Erāt ī exercitu brugēſiū plebei fere oēs verub⁹ partim partī clauis & ꝑacutis ſudib⁹ inſtructi. Quāobrē parui illos hñtes ęqtes frāci: peditē q ī ꝓma acie erat: & bñ rē gerebat ad ſe reuocāt: atqꝫ ita ęqtes ex ęqs ꝓliātes ī aciē ꝓgreſſi occidunť. Quib⁹ dū auxiliari Robert⁹ magna vi ꝯtēdit: mltꝫ vulnerib⁹ acceptis occubuit: fugę ſe cō mittentib⁹ duob⁹ hoīm milib⁹ inter qs comes ille ſctī pauli & boloniēſis comes / robertuſqꝫ claromōtēſis co mitꝫ fili⁹ ꝓncipes extiterť ꝑpetua ignominia notati. Pe rijſſeqꝫ ī hͦ ꝓlio referūť ꝓter ipm robertū gñe īſignes vi ri Godefrid⁹ brabātin⁹ cū ei⁹ filio egregio adoleſcēte. Comes dāmall⁹ / Iohēs hānonię comitꝫ fili⁹: Reginal dus de nella frāc⁹ coneſtabilis / Guido caſtrēſis mare ſcall⁹ / Iacob⁹ de ſcō paulo / Iohēs bruliac⁹ baliſtarioꝝ ꝑfect⁹: & alij nūero ducēti qrū nuda cadauera īhuma ta triduo ferꝫ auibuſqꝫ patuere: donec ex ordīe mīorū qdā fratercul⁹ roberti artheſiēſis corp⁹ trigīta vulne rib⁹ cōfoſſuꝫ ī ꝓxio virginū mōaſteriolo terrę ꝯdidit. Occiſoꝝ milia duodeci fuiſſe referūť. Brugēſes aūt tā inſigni victoria adepta feroces: dīreptꝫ frācorū caſtris curtracū cū arce capiūt. Et guido namurc⁹ ſupb⁹ iuue nis reb⁹ maiorib⁹ ſtudēs īſulā obſidet / tornacūqꝫ atqꝫ duacū cū gādauo & ypris ī ſuas ptes vel metu / vl pol licitꝫ allicit: & mox attrebates īcurſiōib⁹ & populatiōi b⁹ īfeſtat. Pręſignaſſe hāc tā dirā cladē cometā ferebať q ſupiore ꝓxio āno viſ⁹ fuiſſet. Hāc a plebeis ignomi niā frāca nobilitas accepit: q ſuis virib⁹ & gñis clarita

Francorum temeritas

Superbia nobilitatis francorum cause malum

te freta atq̧ sup̄biẽs : pp̄lare turbã & misterijs vilioribus operã nauantẽ ɔtẽpsit. Sumit ei aios q̄sq̄s libertatẽ tuet̃. Nec inermis ꝗstiari dꝫ q̄ ꝓ patria vitaq̧ decertat.

¶ Eodẽ tp̄e põtifices frãci qb⁹ ab archidyacono narboñ. dies dict⁹ erat (trib⁹ ad bonifaciũ deputatꝭ epis) purgatos se a ɔtumacia faciũt: ꝓpterea q̄ & bello flandrẽsi distinerent̃: nec liceret legib⁹ positꝭ regno egredi.

¶ Clade suoꝝ accepta philipp⁹ copiosissimũ supra q̃ credi põt exercitũ cogit. Progressusq̧ cũ in agro attrebatiũ castra posuisset: hostẽq̧ flamigũ pene ĩ cõspectu h̃ret (nã vitriacũ hostꝭ obsidebat) neq̧ hostẽ p̄lio lacessiuit: neq̧ locũ vllũ oppugnare sustinuit territ⁹: vt vulgatũ postea ẽ nũcio q̄ soror ei⁹ edouardi vxor ad illũ dimiserat. cui⁹ ɔmẽti auctor fuerat edouard⁹ Nã cũ ad flamigos ĩcliaret: oĩ studio laborabat bellicũ philippi appatũ dissoluere. Igit̃ beniuolẽtiã simulãs edouard⁹ vxorẽ de fratris futuro piculo certã facit: dicẽs se certo scire si philipp⁹ p̄lio aduers⁹ flamigos congrederet̃ eũ a suis ĩ man⁹ hostiũ ꝓdẽdũ fore. Soror accepto fr̃is piculo philippũ sibi cauere lr̃is admonet. Huius rei cã rex othelinũ burgũdionũ ducem comitatu arthesij donat. Moxq̧ p̄sidijs p loca munitiora relictꝭ: reliquũ exercitũ domũ dimisit. Paucis vero post dieb⁹ flamigos cõmissi scelerꝭ pœna excepit. Nã apd̃ ariã occurrentes brugẽsib⁹ frãci supra octigẽtos ĩteremert̃.

Cõmẽtũ seu fictio ab edouardo ĩuẽta.

Clades flamingorũ.

¶ Hęc cũ ĩ frãcia gerũt̃ carol⁹ valesi⁹ ĩ appulia agẽs postq̃ de brugẽsi victoria certũ nũciũ accepit: cõposita cũ frederico de reb⁹ sicilię pace: ad philippũ se recepit.

¶ Burdegalẽses cũ ĩcõmodũ a frãcꝭ p flamigos acceptũ cognouissent: philippi detrectãtes ĩperiũ regios mĩstros q̄ apd̃ eos erãt ciuitate extrudũt / sibiq̧ ditionẽ vsurpãt. Verebant̃ eñi si q̄ñ icto iter frãcos ãglosq̧ fœdere ĩ edouardi ptãtẽ venirẽt: pœna nõ dissimili plecti: q̃ lõdonienses edouard⁹ paulo añ affecerat: q̄s ob rebellionem ad

Burdegalẽses philippi detrectãt ĩperium.

suarum aediũ portas strangulatos fuisse fama vulgabat. Bellũ
¶ Pugnatũ ẽ rursꝰ eodẽ anno aduersꝰ flãdrenses. Qui rursꝰ in
nõ ꝓcul a sctõ Audomaro victi: milia.xv.ex suis vno flãdria.
ꝓlio amisere. ꝑterea apud isulã grassantes qngẽtos fla
migos tornacẽses duce fucaudo melleo oẽs vel neca-
uerũt vel captos abduxerũt. ¶ Per eos dies philippus
aqtaniã edouardo restituit: paxq; iter reges conuenit.
Habitũq; est nõ multũ post diebꝰ parisijs epoꝝ atq; ma-
gnatũ cõsiliũ vbi de bonifacij põtificꝫ i frãcos cõcepto
impio actũ est deferẽtibꝰ ꝓceribꝰ bonifaciũ põtificatu
indignũ eẽ/ q & homicida & hereticꝰ eẽt: q̃rũ scelerũ te
stes i prõptu habere facile erat. Fuit igit̃ oĩm vna snĩa
bonifacij iussis parere nõ deberi: nisi prius sese ab ob-
iectis illi criminibꝰ expurgasset. Cui snĩę vnꝰ tm̃ cister Abbas
ciẽsis abbas nõ est assensus: sed cõsilio relicto cisterciũ cisterci-
se cõtulit. Iohẽs q̃z mõachꝰ rõanꝰ legatꝰ (q p eos dies ensis.
legatiõis mũere apd̃ frãcos fũgebat̃) cognito qd in bo
nifaciũ cõsultaret̃: ad põtificẽ reuersus ẽ. Qui aũt a põ-
tifice venerãt ꝯstãtiẽsis archidyaconꝰ & nicolaꝰ befarꝰ
missi vt regno sacris iterdicerẽt: apd̃ trecas deꝑhẽsi car
ceri dedunt̃. ¶ Erat guidoni flãdrię comiti philippꝰ fi Bellũ a
lius q bonifacij ptes secutꝰ: nõ cõtẽnẽdas ex theutoni flãdris.
cis alemãnisq; copias i flãdriã deduxit. Quibꝰ aucti flã
drẽses sęuiore q̃ prius aĩo bellũ in frãcos parãt. Et ad
sanctũ audomarũ expugnãdi loci spe ꝓcurrẽtes: quat
tuor milibꝰ ex suis interẽptꝫ morinũ ꝓximã vrbẽ sine
ꝑsidio relictã inuadẽtes icẽderũt. Et cũ aduersus illos
grãdẽ admodũ exercitũ Peronã vsq; philippꝰ ꝓmouis
set: cõsilio comitis sabaudię iducias dedit flãdrẽsibꝰ & Philip
accepit: nulla re gloriose gesta. ¶ Post hæc Bonifacij pus in
arrogãtiã iniquo aĩo ferẽs philippꝰ: anagniã q̃ se põti Bonifa
fex receperat sarrã ex colũnẽsiũ familia cum nogareto cium.
eqte frãco i italiã mittit: ob cãm isinuãdę ꝓuocatiõis:
q̃ aduersꝰ bonifacij iiurias philippꝰ sese tuebat̃. Nam

pontifex plus ęquo elat⁹ philippū regno ꝓuauerat: & alberto austrię duci simul cū germanorū īperio regnū frācię donauerat: q̄uis illū ab iitio sui pōtificat⁹ reiecis set. Erat sarra philippo obnoxi⁹. Quippe quē ex italia fugiētē & a pyratꝭ captū rex redemerat. Itaq; sarra mu tata veste / ne ab italis agnosceret̄ q̄t pōt amicos colli git: & cōductis ducētꝭ ex ijs q sub carolo valesio in ap pulia militauerāt nogaretū cū bona manu ferētinū ꝓ mittit: vt īde vrgēte negocio sarrę auxiliarꝭ adueniret ip̄e anagniā nocte gibellinarū ope īgress⁹ bonifaciū in p̄ris domo capit: īde romā deductū supbū pōtificē at q; animi ęgritudīe laborātem mors abstulit. Ferūt no garetū sarrāq; ī mādatꝭ habuisse pōtificē ad Philippū ꝑducēdi: sed pōtificię sctītatꝭ reuerētia ꝑtī deterritos / ꝑtī anagniēsiū occursu ꝓhibitos cœpto destitisse. Talē vitę exitū habuit cōtēptor oīm hoīm bonifaci⁹ q xp̄i ꝓceptorū mīme recordat⁹: adimere & cōferre regna ꝓ suo arbitrio conabat̄: cū nō ignoraret ei⁹ se loco versa ri ī terris: cui⁹ regnū nō de h̄ mūdo & terrenis reb⁹ sed de cęlestib⁹ eēt: q̄q; dolo & malis artib⁹ ep̄atū rōanū si bi q̄siuerat: & celestinū a quo dignitatē receꝑat ī carce re dū vixit habuerat. Nō ꝓtermittā h̄ loco scribere q̄d ꝯstāti fide ꝑ hos dies ī pisiēsi agro accidisse ab hystori cis accepi. Erat adā de monasterio vallis sarnarij ꝯuer sus: cui villa creches ad ip̄m mōasteriū ꝑtinēs ꝯmissa a loci abbate fuerat. Hic paucos ante xp̄i natalē dies ad villā sibi creditā ex cœnobio an̄ diei exortū ꝓficiscens vno suo tm̄ comitat⁹: videt ī via ꝓcerā arborē pruina geluq; albescētē ad se ocissime ꝯcedere: q̄ re equ⁹ cui in sidebat adā terrefact⁹ e via ꝓsiliēs: vix potuit a cōuer so ad viā reflecti. Eodēq; mœtu affect⁹ fu⁹ nutare cœ pit ita vt ī pedes stare & ambulare difficile posset. Pro pior ꝯuerso facta arbor cū hoī nihil nocuisset euanuit aerē & sulphureū odorē relinquēs. Suspicat⁹ ꝓpterea

Cōuersi d̄ monasterio vallis Sarnarij apparitio nocturna.

ꝯuersus aliqd a demonio illusiōis fuisse sibi obiectum ad supos aīm vertēs: diuę marię laudes recitat. Moxq̃ pone se hoīs nigri eqtātis effigiē ꝯspicit: aduersuꝫ quē adā īdignabūdꝰ: Cur inqt īfœlix mihi audes īsultare: cū mihi habeā ī monasterio cōpcatores frēs qbꝰ cura sedula est me & reliqs a cœnobio absentes deo & diuę marię cōmēdare? Abi qñqdē nulla tibi pars mecū est. Discedēs īde ad pauculū tp̄s demō: ꝓtenꝰ cōuerso astitit forma hoīs q̄ maxīa: cui ꝓlixū & gracile collū erat Quē se īfestātē adā frustra pugione r̄pellere conatꝰ: videt cōfesti illū mutata effigie mediocri statura eē & monachi īstar cucullā faciē velare: cuiꝰ oculi sicuti ęs candēs rutilabāt. In q̄s dū ꝯuersus gladiolū īcassuꝫ vibrat pecudis sīlītudīe visus demō nō mior q̄ asinus auritꝰ apparuit. Vñ magis timēs seruꝰ: dñe iqt describe ī solo orbē: atq̃ in medio crucē xp̄i īsculpe: ī circo enī stātibꝰ nobis nihil aduersabit̄ iimicꝰ. Fecit igit̄ cōuersus sicuti a seruo fuerat admonitꝰ. Nec sic destitit ipius aduersator. Nā asininas aures in cornua cōmutauit: atq̃ ad circulū cōcedēs opprobrijs ē a ꝯuerso reprobatꝰ: & sputis cōtaminatꝰ. Cūq̃ a seruo doctꝰ cōuersus cruce se signasset: demō ī dolij spēm figuratꝰ: se molerias vicum versus ī rotę spēm circūegit: ꝯuerso illeso relicto. Huiꝰ tā mirādi euētꝰ īdicia extiterūt Abbas ī primis vallis sarnarij a ꝯuerso fidē rei q̄siuit. Scriptor p̄terea hystorię: loci vbi hęc gesta sūt īspector q equū priꝰ māsuetū: calcitrātē postea atq̃ ferociētē se vidisse ꝓfitet̄. Lāguor itē serui diuturnꝰ: & vestiū ꝯuersi ītolerabilis fœtor: & vocis donec ꝫinber desumpsit difficilis ęmisso. ¶ Per eosdē dies Marchiēsi comite mortuo Angolisma ciuitas philippo obuenit Quā ip̄e adiēs aqtaniā q̄ꝫ & thoꝫatiū ꝓuiciā visitauit pacatis q̄rūdā animis q ad rebellionē ꝓcliui eē ferebāt̄. ¶ Reuersꝰ ī frāciā philippꝰ ratꝰ flamīgos ferociā deponere: si Guido coꝝ comes

Angolisma ciuitas mortuo comite marchiēsi. philippi fuit.

carcere liberat⁹ ad eos mitteret: comitē cū filio guiller mo dimittit. Illi postq̄ seditiosā gētē ad sanitatē ducerē nō potuerēt: ad philippū vt ꝓmiserāt ꝯuertunt. Cognita flādrēsiū ꝑtinacia philipp⁹: tertio ī eos mouēs apd mōtē pplorꝫ (ab arborib⁹ populis q̄rū ī eo loco copia est sic vocatū) positis castris: cū speraret flādrēses ī prelīū descēsuros cognouit hostē vallo se cōtinē: & castra carris q̄drigisq̄ circūuallasse. Igit cū aduesperasceret: rege exarmato & militib⁹ paulo negligēti⁹ agētib⁹: ecce irrūpit ī regē ferox hostis: atq̄ ī cōspectu philippi occisis petro gētiano & iacobo frē ei⁹: alijs quoq̄ nō paucis rex cōscēso equo cū ip̄e sibi galeā īposuisset: ī hostē animosissime fert: obuios quosq̄ īterimēs. Quē reliq̄ī secuti vigīti miliū flamigorū stragem fecere: ita vt nisi supueniēs nox tenebris hostē ꝓtexisset: actū ꝓrsus de flādrēsib⁹ extitisset. Redijt ex ꝓlio rex facib⁹ accensis q̄ noctis caliginē supabāt. Hui⁹ victorię tp̄e flādrēsis comes q̄ cōpendij asseruabat defunct⁹ est. Morit itē iohāna philippi vxor. Fuitq̄ his dieb⁹ tāta annonę ꝑ franciā caritas vt frūmēti mēsura q̄ sextari⁹ appellat solidis veniret cētū. Pistores ꝓpterea publici ne plebs expositos a se venales panes desumeret/viq̄ auferret: officinas clauserūt donec recēsitis diuitū & religiosorūꝫ horreis frumētū venalē iussu philippi ꝓmeret. Mortuo deīde edouardo āglię rege: successor ei⁹ fili⁹ edouard⁹ ysabellā Philippi filiā vxorē duxit. ¶ Per eosdē dies mortuo bn̄dicto vndecio: q philippū ab excōicatiōe bonifacij absoluerat: ꝯueniētib⁹ pusij cardīalib⁹ curāte maxīe Philippo bertrād⁹ got⁹ vasco Burdegalēsis archieps pōtifex abn̄s eligit: quē clemētē q̄ntū appellauerit. Hic tp̄e electiōis cū ī gallia ageret cardīales lugdunū ad se venire iubet. Vbi tyara pōtificali fuit coronat⁹: assistēte Philippo & ꝓncipib⁹ cōp̄rib⁹ frācis. Ex eo tp̄e āno salutꝭ. M.ccc. q̄nto cœpit clemens auinionē

flādrēsium cedes.

Caritas annōe.

Edouardus tertius anglus rex.

Clemens quint⁹

vrbẽ ĩcolere: vbi ꝑ ãnos q̃ttuor & septuagita sedes põtificũ mãsit. Publicę leticię q̃ ꝓpt̃ noui põtificꝗ assumptionẽ agebat̃ calamitas nõ defuit. Erat iuxta viã qua põtifex ducebat̃ mur⁹ veteri materia male ꝯcinnat⁹ In hũc cũ turba visendi põtificis desiderio cõscẽdisset: vetustate exesus & põdere supextãtis ppl̃i pręssus mur⁹ ĩ britonũ ducẽ collapsus ẽ. Cõsecrato clemẽte cardĩales ex colũnẽsiũ familia suis dignitatib⁹ ꝓdijsq; a bõifacio destituti restituunt̃. A q̃ etiã clemẽte dum ex lugduno burdegalã petit tã magnis ĩpẽsis eccl̃ię grauate ferunt̃ vt ĩde ad philippũ graues admodum q̃rele delatę sint. Philippo aũt q ad bellũ flãdrẽse grãdes sũpt⁹ fecisset põtifex decimę ius dõauit. Cõcessitq; vt eccl̃ias sacdote vel mĩstro destitutas sibi seruiẽtib⁹ clericꝗ atq; bñme rẽti familię cõferre posset. Et qm̃ ꝑ id tp̃s iusti põderis mõeta nõ eẽt: philipp⁹ põtifici pollicet̃ illã ad legitimã ęstiatiõnẽ se r̃ductuꝝ. Atq; ita clemẽtẽ philipp⁹ dimit tẽs: cũ ĩ frãciã redijsset margaretã burgũdię ducꝗ maiorẽ natu filiã ludouico vxorẽ accipe pmittit. Sedauit ꝑterea ortã a bellouacꝗ ĩ symonẽ ep̃m seditionẽ: q̃ eo ꝓcesserat: vt ciuitate extorrꝗ põtifex nobiliũ q̃rũdã mãu collecta ciues q̃sdã ex ĩsidijs cepit: suburbijs ignecõsũptis. ¶ Tumlt̃uatũ ẽt eodẽ anno a parisijs ob monetę vsũ. Diuites.n. q suas ĩqlinis & varioꝝ misterioꝝ opificib⁹ domos locauerãt mĩoris ꝓcij monetã accipe an nuę pẽsiõis loco recusabãt: alterã q̃ iustiorꝗ põderꝗ erat exigẽtes. Cui⁹ inuẽti autor stephan⁹ qdã barbet⁹ habebat̃. Hic stephan⁹ in delitijs habebat hortos a suo noĩe barbetos appellatos cũ ꝓclaris ędib⁹: ĩ eo loco (cui barbeti porta nomẽ postea mãsit). Furẽs ergo ppl̃s in stephani possessiões delat⁹: qcquid ĩ ędib⁹ & hortꝗ ꝓciosũ fuit vastat atq; ĩcẽdit: mox ĩde mouẽtes ad viã sctĩ martini vbi ĩp̃e barbet⁹ ĩcolebat se cõferũt fustib⁹ clauisq; & verub⁹ vt cuiq; arma furor mĩstrabat ĩstructi. Effra-

Mone ne reformatio.

Seditõ bellouacorum in suũ ep̃m.

Stephanus barbetus.

Seditõ parisiorum.

ctis stephani portij domũ suppellectileq̃ oẽm diripiũt. ¶ Erat ꝑ hos dies philipp⁹ apd tẽplarios: quẽ nihil periculi expectãtẽ seditiosi ĩ tẽplo ꝯfesti obsidẽt. ¶ Nec qcq̃ ad eũ ĩferri sustinebãt qd nõ vel raperẽt/vel cœno ĩficerẽt. Tã repẽtino ppl'i motu attonit⁹ rex: misso ad seditiosos parisiano cũ qbusdã aulicis ꝑposito: dicere illis ĩperat: si qd ĩ illos a quopiã cõmissum eẽt: aut ĩiuria illata se regẽ eẽ q eos tueri possit. petãt. modo ĩi qd a rege optẽt: & domũ abeant se ꝓten⁹ curaturũ vt populo melius cõsultũ sit. His ꝓ tpe simulatis leuis populus a furore tẽperãs. cũ domũ quisq̃ petijsset nihil cũctat⁹ philipp⁹ seditionis autores ad octo & viginti correptos furcis ad q̃ttuor vrbis celebriores portas erectis illaq̃ari & strãgl'ari mãdat. Nec ml'to post mõetã ad legitimũ æris valorẽ cudit. ¶ Et ꝑ hos dies Ludouic⁹ hutin⁹ philippi fili⁹ pãpilonę a nauarris rex coronat⁹ atq̃ appellat⁹ est anno dñi Millesimo trigẽtesimoseptio. Tũ etiã ꝑdit⁹ ẽ tẽplarioꝝ error: q apud hierosolymã fidei defensionẽ ꝓfessi: cũ primũ religiõis cõsideratione opulẽtissimos se effecissent: ꝑclarissimis ꝑ orbẽ xp̃ianũ ędib⁹ cõpatis: xp̃o reiecto falsis se religionib⁹ dediderũt. Erat eni illis simulachrũ cui pellẽ humanã supinduxerãt: appositij ad ocl'os statuę duobus fulgẽtissimis carbũcul'q vice ocl'orũ micarẽt. Ei statuę dum qppiã ad illos ĩgrederet̃: ordinẽ vitãq̃ tẽplarioꝝ ꝓfessur⁹: abnegato añ oia xp̃o & cruce ei⁹ calcata: sacrificiũ faciebat. Morietes aũt corpus ĩ puluerẽ adactũ cęteris in potũ cõferebant: quo poculo cõstãtiores suos fieri arbitrabant̃. Pręterea si ex tẽplarij coitu ĩfaus ex puella virgine nasceret̃: hũc igni torrebãt: exq̃ eliq̃ta ĩ de pinguedine suũ simulachrũ decoris gratia vngebãt In cõfesso q̃q̃ habitũ: eorũ dolo diuũ ludouicũ dũ ĩ syria pegrinaret̃: ĩ vinculis a soldano ęgyptio cõiectum fuisse. His atq̃ hmõi criminib⁹. & ꝙ itẽ masculorum

Pena ĩ seditiosos.

Ludouic⁹ hutin⁹ nauarre rex.

Error tẽplariorũ.

foedissimi amatores eēnt: tēplariorū ordo ī cōcilio viē nēsi anno dñicę pietatis millesimo trecētesimo duodecimo p clemētē qntū finē excepit. Comphēsis vbilibet terrarū q ei⁹ īpietatis fuerāt atq; crematis. ¶ Administrabat eadē tēpestate eccl'iam Lugdunēsem qdā nō satis prudēs eps: q ob blasphemias regię sublimitati irrogatas obsidiōe a ludouico hutino cinct⁹: & inde ad philippū deduct⁹ post lōgā custodiā satisfactione exhibita: tādem suę libertati pmissus est. ¶ Nō itercedentibus post hęc multis dieb⁹ lugdunēses cōiuratione facta a rege deficiūt: mouētesq; scti iusti castellū diripiūt Sed p Ludouicū hutinū edomiti se imperata facturos iurāt. ¶ Et mot⁹ iterū belli a flamīgis insurgit: cui⁹ autor extitit Ludouic⁹ fili⁹ guidonis flādrēsis niuernensis comes. Qui ob id decreto parlamēti senat⁹ sua hęreditate priuat⁹ ē: & bona ei⁹ publicata. ¶ Fuerūt quoq; insignib⁹ foeminis sua fata. Nā vxores filiorū philippi tres adulterij īsimulatę sunt. quāobrē margaretha Ludouici hutini nauarri regis cōiunx. & Blācha caroli comitis marchiani vxor regis edicto ī castello galliardi relegatę sunt / qrū libido satis ī aperto erat. ¶ Iohāna vero Philippo pictauēsi nupta postq̄ apd dordanū in custodia aliqt dieb⁹ fuit / īnocēs liberata est: & viro restituta. Hostiari⁹ margaretę adulterij cōsci⁹ furca appēsus ē. Stupratores aūt philipp⁹ & galter⁹ dānoy fratres (mētulis exsectis) pelle nudati apd pōtisarā vltimi supplicij poenas subierūt. Ob hāc īpudicitiā īsignū mlierū natā fabulā reor: q de iohāna philippi pulchri vxore a rerū īperitis mēorari solet. Eā videl3 aliquot scholasticorū pcubitu vsam: eosq; ne pateret scel⁹ pten⁹ extinxisse & ī seqnā amnē de cubiculi sui fenestra abiecisse. S3 vnū tm̄ iohānē buridanū eo piculo fore liberatū & ppterea sophisma ab eo editū eē. Reginā interficere nolite tiere bonū ē. Fuit siqdē buridan⁹ iohāna poste-

Lugdunensis antistes sue temeritatis penas luit

Femie īsignes punitę

Iohanna regina casta.

rior. Quippe q philippo valesio rgnũ moderãte cũ liberaliũ artiũ noiatissim⁹ pfessor eẽt mlta & in rõnabili & morali philosophia scripsit/ dum parisinæ ecclię fulco psidebat/ anno xpianę resurrectiõis. M.cccxlviij. Nec cõmeruit pclara mulier hmõi vitio taxari/ cui⁹ liberalitatis atq; mię in paupes testimoniũ exhibet nauarrę apd parisios collegiũ: vbi scholasticos icolere ppetuo instituit designatis triplici ordie pceptorib⁹/ q grãmaticã dyalecticẽq; adolescẽtes docerẽt. q itẽ philosophiã iterpretarent. Addidit & theologos/ q oẽs anniuersarijs puentib⁹ pditi/ lrarũ studio se ppetuo accõmodarent. Hisq; cõe sacellũ extruxit/ ppositis ad rẽ diuinam sacerdotib⁹. Itaq; in eo tã grãdi tãq; spacioso collegio/ tã multi continẽter scholastici diuersant: q ad constituendã vniuersalẽ scholam satis eẽ putari possit. ¶ In terim rebellãtib⁹ flamigis enguerrãnus marignyan⁹ q vna cũ philippo regnũ administrabat: conuocato ad regẽ ex regni ciuitatib⁹ pplo: cũ multa psente philippo de flamingorũ crebra rebellione dissetuissent: rogauit postremo auditores si ad bellũ qd rex aduers⁹ illos pabat pecuniã suppeditarẽt. Quib⁹ rñdẽtib⁹ se regijs negocijs opẽ nõ substracturos: enguerrãnus gratijs pplo psolutis grãde pẽsum ad militũ stipendia exegit. Sed trib⁹ ad id bellũ regijs filijs atq; ipso enguerrãno cũ ingẽtib⁹ copijs a rege missis: cũ ad isulã castra posuissent re ifecta: de enguerrãni ɔsilio exercitũ domũ dimiserit.

Rebellant flamingi.

¶ Philippũ iterea morb⁹ iuasit: mortuusq; est apd fõtẽ bleaudi q vicus i vastinio ẽ postq̃ annos octo & viginti regnasset. Ei⁹ cor ex pcordijs exsectũ in poissiaco cœnobio qd ad diui ludouici aui sui memoriã philippus cõdiderat virginibusq; sub custodia fratrum dñici ordis attribuerat: sepultũ est: reliq corpe i dyonisiano monasterio terrę ɔmẽdato. Ei⁹ morti cõscios fuisse petrũ cathalaunẽsem epm & radulphũ praeriũ i regio se

Morit philippus.

natu aduocatũ creditũ ẽ. Sʒ radulph⁹ inocẽs inuẽt⁹ ẽ. At philipp⁹ p̃usq̃ mortẽ obiret: filios tris (q̃s sup̃stites sibi relinq̃bat) ad se aduocãs ad maiorẽ natu ꝯuersus: Ludouice inq̃t regnaui hacten⁹: p̃limis vectigalib⁹ & tributis meũ pp̃lm vexãs: nec michi satis curę fuit mo netã cudere q̃ legitimi põderis eẽt. Eã ob rẽ multorũʒ in me odio cõcitaui. Ecce post me regnatur⁹ es: misere re p̃ris animę: & q̃ pperã a me gesta sunt ipse emendes. ❡ Deo satis meo noĩe fac: de ijs q̃ tibi relinquo: & hie rosolymitano me voto absoluas. Vos quoq̃ filij fuate syncerẽ ĩter vos charitatẽ. His a philippo pulchro ꝑ tp̃is angustia breuissime dictis: cũ dauidis versiculum In manus tuas dñe cõmẽdo spiritũ meũ religiose ꝓnũ ciat: animã efflauit. mense nouẽbri pridie diui andreę anno xp̃iani natalis. M.ccc.xiij. Huic philippo qnq̃ li beros iohãna vxor peperit. Ludouicũ hutinũ: Philip pũ pictauorũ comitẽ. Carolũ marchię principẽ: filiam quã ĩfantẽ mors abstulit: & alterã ysabellã quã edouar do anglorũ regi p̃r philippus matrimonio iunxit.

Philippi moriẽtis ad filios pia or̃o

POst philippi mortẽ filij ei⁹ de p̃ris thesauris solliciti cũ nihil eris ĩuenissent (ferrico pigui gniaco maxĩe hortãte) enguerrãnũ in arcem luparę parisij cõiectũ: rationẽ admĩstrati a se regni ponere cõpellũt. At cũ bonã thesauri partẽ caro lũ vallesiũ philippi fratrẽ habuisse enguerrãnus dice ret Carolus ęgre id ferẽs: oẽs quib⁹ enguerrãni nomẽ odio habebat excitat querimoniã aduersus eũ ꝓferre. Et ne quid gratię a beniuolis enguerrãnus recipet ex lupara (cui⁹ ipse p̃fectus erat) ad tẽplariorũ munitissi mã arcẽ traducit. Ipse paucis post diebus cũ perductus ad ludouicum hutinum esset: iohannes hãnerius ad lr̃ a carolo valesio edoct⁹ in pręsentem enguerrãnũ hęc q̃ subscripsi crimina cumulauit. Eum quidem philippo fuisse suspectũ: eã ob rem recusasse illum ne testamenti

Enguerrãnus rõnem regni admistrati ponere cogitur.

Capita accusatiõis enguerrãni.

sui pcuratione gereret. Extrema i flamigos expeditio ne suo dolo fuisse irrrita q coicato cla cu niuernesi co mite psilio: atq ab eo recept muerib psiliu dederit ex ercitu reducedi. Cui tn ca grade ex regno pecunia exe gerat. Ea pterea nocte q philipp obijsset morte regis thesauros ex lupara alio trastulisse. retinuisse q sibi tri gita libraru parisiesiu milia q clemeti romano potifici dono dada a rege accepisset. Neq rone fecisse sexagita & treceto panoru qs ex naufragio quoda regis noie detinebat. Celasse quoq octo & qdragita libraru milia q regi attrebates ipedissent. Nec in re pecuniaria frau de mo fecisse: s cu ad arthesij dnam rex qda q ad regia dignitate ptinebat scpsisset: enguerranu suis adiect lit ter repugnatia scpsisse: pollicitu ea oi icomodo exime re: atq ab ea. xv. libraru mulcta dono habuisse qua a ca meracesib si rex decreuisset: acceptura erat: ea nihilo min pecunia sua aucte enguerranu a cameracesib ex egisse. Et cu regiu apd parisios palatiu exedificadu re cepisset pter dece milia libraru q illi Philipp tribuerat domos q pxime palatiu ciuiu erat vsurpasse: costituta possessorib annua pesioe q ad illu qtanis pueniret. Co misisse isup i priuatos quosda iexplebilis auaricie fla gitia: atq ita regios q fisco perat mistros & qstores sibi deuinxisse: vt sine ei syngrapho regijs iussionib non obteperet. His alijsq ab hanerio pala exposit: nlla en guerrano se purgadi ptas fuit. Erat aut illi vxor q libe radi ei ca postq mlta frustra tetasset: ad magia & diuina tiones se puertit: pauioto qda maleficio & clauda mlie re ad id facin ope feretib. Itaq cera qda simlachra ad reg & caroli valesien. forma demoia arte pficiut: q la guetiu spem p se ferret: ad qru silitudine (nisi male fora pdita fuisset) rex: & ipe carol pficiedi macie sesim erat & definita ad tps morte cosumedi. Cognito maleficio rex toti negocij cesura carolo pmittit. Qui mox accit

Enguerra ni vxor

qbusdā magne auctis pceribꝰ ēguerrānū ī sūmo pati bu li parisieñ. tigno strāglari ipat. Pauiotū par suppliciū excepit: pterq̄ qp īfra enguarrānū: ad īferiorē trabē illaq̄atꝰ est. Claudā flāma cōsūpsit. Vxor aūt ēguerrā ni atq; eiꝰ soror de cāteleu ī carcerē piecte sūt. ¶ Eodē tpe Ludouicꝰ niuernēsis / & Iohēs namurcꝰ reg benivolētiā meruerūt rebꝰ ad flādrēses spectātibꝰ cōpositꝭ Quarū gr̄a robertꝰ comes flādrēsiū cū ad regē die cōstituto nō venisset: reiectis excusatiōibꝰ q̄s p cistercij abbatē & q̄sdā ad id missos pcuratores ptēdebat ptumax dictꝰ est: & ī rebelliū nūero hitꝰ. Per id tps q̄ttuor veneficę mulieres cū parato veneno dephēsę igne cremātur: q̄rū opa cathalaunēsis ātistes pdecessor eiꝰ petri litigniaci quē ī custodia habitū supra mēorauī fuerat interēptꝰ. Quē īsequēte tpe ludouicꝰ sede pōtificia amotū relegauit īstituto eidē successore stephano caroli velesiani cubiculario. Reduxit & iudeos q̄s pr̄ frācia expulerat. Tētauit ludouicꝰ ānua tributa q̄ ludouicꝰ pulcher āpliora fecerat colligere. Sed cōuenietes cāpani / burgūdi / veromādi / arthesij / ābiani / bellouaci / pontiuiaci / forestani / altissiodorēses / & aliq̄t alij ppli / cāpanię comite autore cōiurāt se id nō pmissuros. Propterea ludouicꝰ carolū valesiū mittit / q futurę seditiōi bonis pmissis occurrat / & placet diffidētes. Fecerat idem philippꝰ pulcher aureas coronas tris gēmis multi pcij ornatas. Eas ludouicꝰ hutinꝰ ī cœnobiū diui dyonisij trāstulit: vt ad coronādos deiceps reges regiasq; reponerētur. Quas matheꝰ abbas & eiꝰ monasterij cœnobitę receptas suare chirographis datꝭ cōpromisert. In rebelliōe psistētibꝰ flamīgis bellū idixit. Sz ad lisā flauiū cū admouisset tātꝭ ībribꝰ terra q̄ palustrꝭ ē emollita est: vt eq genuū tenꝰ ī luto cōtinēter eēnt: nec commeatꝰ īportari ad castra nisi magno labore poterat: ita vt singulis vini dolijs vehēdis trigīta vix eq sufficerēt

enguerrānꝰ suspendit patibulo.

Iudei ī franciā reducti

Quę res cũ q̃tidianas difficultates militi afferret regeꝫ adduxit bello abstinere:& cũ tẽtoria & belli ĩpedimẽta ꝓpter luti iiq̃tatẽ educi ptãs nõ fuit:cũcta magno suo dãno miles cremauit. Secuta ẽ hãc aduersitatẽ ãnonę incredibilis caritas.Deĩde fames & mox pestilẽtia. Visusq; ẽ cometes crinit⁹. Ipe ĩsup ludouic⁹ apd vicẽnas defunct⁹ est:relicta grauida clemẽtia vxore roberti siciliẽsis neptę.Hic ludouic⁹ instituit plamẽti curiã pisiis stabilẽ eẽ & loco non moueri:ne litigatores crebris circuitiõib⁹ grauarẽt. Per h̃ iter regnũ philipp⁹ ludouici frater pictauorũ comes oĩm ꝓcerũ ꝯsensu regni administratiõe suscepta frãcoꝝ & nauarrę se rectorẽ appellauit. Ad quẽ veniẽtib⁹ flamĩgoꝝ legatꝫ: pax inter eũ & robertũ flãdrẽsem comitẽ cõuenit q̃ lr̃is mãdata flamingorũ sigillis firmata ẽ. ¶ Per id tp̃s clemẽtia quã moriẽs philipp⁹ grauidã reliq̃rat filiũ iohẽꝫ parit paucorũ dierũ regẽ.Quo defuncto philipp⁹ ex rectore rex appellat⁹ est.Reclamãte burgũdoꝝ duce q̄ diceret nõ ad philippũ:sed ad ludouici defũcti regꝫ filiã regna patris ptinere:q̃ res difficiles postea cõtrouersias frãcorũ quieti ĩuexit:dicẽtib⁹ plurimis regni heredes filias eẽ nõ posse. Burgũdũ tñ philipp⁹ ĩ suas ptes allicit: data ei grãdiore natu filia vxore. Et cũ alias tris filias rex hr̃et vnã niuernẽsis comitꝫ filio:secũdã dalphino viẽnẽsi collocat. ¶ Interĩ cũ paucꝫ cõditiões flamĩgi nõ reciperẽt:nec põtificꝫ rõani decreto assentirẽt: inducias philipp⁹ ꝓrogauit.Misso deĩde a põtifice iohãne.xxij. in frãciã ioserãno cardiali q flamĩgos philippo ꝯciliaret.cũ tornacũ puenisset:gẽtꝫ pulcacia incõstãtiãq; verit⁹ p loci ep̃m nũciare illis iubet se pacꝫ eã tornaci esse ad eũ se cõferãt dũ de cõcordia agere licet. Missis q hęc flamĩgis exponerẽt duob⁹ ex minorũ ordĩe fratribus inter q̃s petr⁹ de palude fuit:robert⁹ comes eos in vinculis haberi iubet. Qui ex eo tpe ex gãdauensib⁹ plebe

Ludouic⁹ hutin⁹ moritur.

Clemẽtia Ludouici hutini vxor.

Philippus lõgus rex

excitata insulã oppugnare ꝯstituerat. At vbi ad lisam flumẽ ventũ est: cõuersus in comitẽ populus. Nos in quiunt illustris comes ĩducias q̃ tibi cũ rege iuratę sũt seruare ꝓmisimus. Ideo te nõ sequi ad bellũ in aĩo est. Destitutus igiť comes exercitu: legato audiẽtior fuit. Nã tornacũ se cõtulit: vbi regij oratores se cõtinebãt. Promisit comes primo vere parisiũ ad regẽ cõcedere: fideq́ꝫ ꝑstare & cętera cõfirmare q̃ in cõditionib⁹ pacis cõuenerãt. Sed cũ dies cõuentionis successisset: per nũcios excusatũ se facere falsis argumẽtis conat⁹ est. Instante tñ legato anno salutis. M.cccxx. Robert⁹ & flamingorũ ꝓcuratores in philippi verba iurauerũt. Sed de pacis cõditionibus cũ ad cõstitutũ diẽ ageretur: firmare cõuenta comes recusauit nisi tria sibi oppida insulã/bethuniã/& duacũ q̃ rex occupabat redderẽtur. q̃ & ipse enguerrãn⁹ marigniagnus philippi pulchri olĩ negociorũ gestor: regio noĩe facere promisisset. Nã inter pacis leges q̃ illo tpe dictę erant: adiectũ extitit flãdrię comitẽ debere regi duodecim milia librarũ annui ꝓuentus intra francię regnũ constituere. quod quãdo quidem comes nõ cõpleret ea q̃ supra dixi oppida philipp⁹ pulcher memorati ꝓuẽt⁹ loco possederat. Quæ cũ relinq̃re rex nollet: comes festinãter re ĩfecta digreditur. Sed a ꝓcuratorib⁹ flamingę gẽtis reuocat⁹: ꝓpositã prius pacẽ admisit/roborauitq́ꝫ. ¶ Dũ hęc difficili negocio agũtur: ouium quidam pastores admoniti cęlesti vt ipsi asseuerabãt oraculo in syriã religionis christianę causa prefecturos se iactabãt. Qui postq̃ magno numero aucti sunt: latrunculis non dissimiles cũ prædas agerent carcassonam vsq́ꝫ progressi ab incolis grege facto dissipati aufugerũt: cõplurib⁹ interfectis & patibulo strangulatis. Afflicti quoq́ꝫ leprosi qui iudeorum hortatu susceptum ab eis venenũ puteis per omnẽ franciã infundere cõiurassent: vt qui inde in po

Comes flãdriæ rebellĩs

Pastores.

Leprosi

tum haurirēt aut interirēt: aut elephātię vir⁹ icidérēt. Itaq₃ farmacō sanguine & lotio hūano herbisq₃ qbusdā letiferis cōfectū pāno inuoluētes in puteos demittebāt lapide adhibito vt ad aq̄ fundū cito deferret. Id cū in ꝓuincia narbonēsi a leprosis factū philipp⁹ accepit: veneficosq₃ oēs flāmis fuisse punitos: inqri p reliquum regnū leprosos iubet: q̄s de crimie cōfessos vna cū plerisq₃ iudeis vindex flāma corripuit. Fuisse per id tp̄s cōstat iudeos q̄draginta vitriaci ob idip̄m in custodia habitos mirabile in sese facin⁹ ꝑpetrasse. Nā cū se morti addictos iā minime dubitarēt: duos ex eoꝝ numero delegerūt qui eos occiderūt: ne xp̄ianorū manibus sumerēt suppliciū. Vetustissim⁹ illoꝝ atq₃ iunior execrabile ministeriū exequunt. Oībus interēptꝫ cum duo tm̄ homicidij autores supeēnt: senior orat iuniorē se necet. Ille seniore occiso cū se solū videt: direpto auro qđ apud interēptos erat: fune ex defectis litheis facto p fenestrā se dimisit. Sed & corpis atq₃ auri grauitate fune q̄ se deorsum mittebat dissoluta: i fossam delapsus crus fregit: atq₃ ita i fossa ꝓcūbēs deꝓhēsus ē & vltio supplicio affect⁹: iudeorū aūt cadauera cremata sunt. ¶ Cogitauit etiā philipp⁹ mēsurarū gn̄a q̄ p frāciā plurima erāt: vlnā q₃ & monetā ad vnā speciē formāq₃ pducere. Sed valitudinari⁹ fact⁹ institutū nō explevit. Nā & quartana febre diutissime vexat⁹ alui ꝓfluuio apud fontē blādi interijt. Corpis eius ptes tres factę sunt. Cor minores: itestina p̄dicatores apđ se parisij terrę cōdiderūt. Corp⁹ ad sctm̄ dyonisiū elatū est. Anno dn̄icę pietatꝫ. Mcccxxj. Post eni diui Ludouici mortē q ab ipsis mēdicātiū fratrū ordinib⁹ lr̄as didicerat: cōsuetudinē fecerāt p̄dicatores atq₃ minores cū integrū regū cadauer hr̄e nō possent itestinorū sibi ptes ad sepulturā vēdicare. ¶ Insurrexit p idē tp̄s iohānes de polliaco natiōe picard⁹: asseuerās eos q mēdicanti

Iudeorū infelix ptinacia.

Iohannes de polliaco.

bus religiosis peccata cõfitent: oportere eadẽ suis plebanis pbr̃is rursꝰ enarrare. Qui iohãnes iohãnis.xxij. papę iudicio aliter sentire & docere dãnatus est.

¶Eiusdem compendij Liber octauus.



data illis esse q necessario patefaciant regię maiestati. Haec cum sępenumero frustra postulassent: tandem cancellarius respondit. Arduis p republica negociis regem distineri. Cęterum de eorum priuilegiis non necesse esse anxiam gerere sollicitudinē: qnquidem regi curę erat studii libertas & quies. Atq ita nihil pter summā idignationē reportantes oratores domū reuerterunt. Non post habebat carolus in britones expeditionem: idcirco principio ęstatis cœnomānos petere copias iubet. Cuius cognito aduētu: simulator beniuolētię brito: mox ad eum oratores legat. mirari se dicens: q armis instructus ad se veniret: nihil rebellionis in eo esse: ciuitates/ castra/ arces/ gentēq britonum mandatis parituram. illum regem: se subditum esse. Erat tum carolo mens nō admodum sana: ita vt male cohęrentibus verbis febricula vexatus interdum loqueretur. Nullo igitur dato britonis nūciis respōso. cōfestim in liberum campum paucis comitantibus egressus: dum per siluam quae cœnomānię proxima est pcedit: obuium habz pannosum hominē mendico similem. Qui carolum intuitus: quo inquit o rex pgrederis? Caue vltra pergas proditus es. Et in potestatē hostis te tradituri sunt domestici tui. Ad hanc vilissimi hominis vocem: Carolus cogitabūdus & tristi similis mussitare cępit. Regem sequebātur adolescentes duo ferentes lanceam alter cassidem alter. qui lanceam gestabat dormitans forte lanceam in cassidem subsequentis pcidere permisit. Quo tinnitu perterritus rex furia mox actus nō secus ac in hostē incidisset districto gladio obuios quosq percutiens quattuor interemit. Confestim igitur comprehēsus: ad diuersorium perducitur: vbi mortuo nō impari diu decubuit: iudicātibus medicis eū interiisse. Votis tamē & piis deri plebisq supplicationib deo religiosissime exhibitis: paululum respirauit: & parisium reuersus est. Atq ita cuz nō satis bona valitudine eēt: patrueles eius duces biturix & burgūdus rerū administra

Carol' ad cenomannos pgit.

Carol' insanit.

Nota initiū future dissentiōis

tionem sibi vendicarunt: persequētes Nouiantū qui regii ęrarii custodiā longo tempore habuisset. Ingrediens enī burgundus regis palatium: Nouiantū offendit: eūq3 nomine appellans. Opus inquit mihi est pecunia. Tu centū milia francorum mihi ex regis opibus exprome. Nouiantus respondit se pecunię dominū nō esse: sed si ita regi collibuisset: libenter depromptur ū. Ergo inquit burgundus morem mihi gerere negas? Tuę illiberalitatis te ꝓpe diem pœnitebit. Hinc sumpta occasione Nouiantus atq3 Riuerius post aliquot dierum carcerem regia domo: & cōmunione abstinere iussi sunt. Clissonus conestabilitatu amotus comite Philippo duensi in eius locū suffecto Per eos dies male habenti regi aliquid semper ludi iocorūq3 (tristitię leuandæ causa) excogitabatur. In ędibus quæ blanchę reginę in suburbio diui marcelli erāt huiusmodi ludi non sine quorūdam exitio facti sunt. Aliquot non vltimæ nobilitatis aulici (inter quos ipse carolus fuit) villosas sibi ex tenuissimo lino vestes cōficiunt: quas ad nudam cutē pice sibi agglutināntes: & quo fulgentiores essent pinguitudinis aliquid comiscentes / silueſtriū hominū speciem nō inepte repręsentabant. Nihil enim de omni corpore præter faciem illis apparebat: quippe qui vndiq3 pendente instar villorum lino tecti erant. Igitur ad hūc modum personati: cœnaculum facibus (quia nox erat) accensis. ingressi cū choreas agunt flamma (casu ne an cuiuspiam dolo incertum est) in personatorū vestes incidens omnes momento eruciauit. Inter nobiles fœmīas q̄ ludos spectabāt vna aderat q̄ amplissima qua īduta erat chlamyde regē cōplexa incendiū restinxit: reliqs vel adustis: vel in puteos / vel ī fluētū se ṗcipitātib⁹. Nec cōptū est cui⁹ culpa tantū flagitiū acciderit. In solas reginę ędes vltio ꝓcessit q̄ solo tenus ęquate sunt. Eeodem tempore regi sicilię neapolitanū regnū repetēti Clemēs pōtifex roman⁹ decimā in clerū īpartiuit A cui⁹ exactorib⁹ q̄q̄ parisiensis schola ꝓuocasset: se tamē

Decima ꝓ neapoli recuperāda.

a tributo eximere nō potuit. De copiis vero militū quæ sese in turmas quas societates vocabant rapina viuētes cōstitutum est: vt boussicaudus mareschallus partem in aquitaniam abduceret: pars comiti sancti pauli attribueret ad bellū quod apud lucēburgum aduersus bohemorū regem gesturus erat: qui cū obæratus comiti esset/ debitū dissoluere recusabat. Interea cōuent⁹ principum frāciæ atque angliæ apud abbatisuillā habit⁹ aliquid speratæ pacis attulit ita vt eius confirmandæ gratia cū Carolus abbatisuillā. anglus vero calisiū petiisset. carolum solita furia corripuit. propterea re infecta discessum ē. Recepit in gratiam per id tempus dissonum biturix dux. At cū inter aulicos variæ factiones essent: pro sua modestia iuuenellus mercatorū præpositure custos occurrebat: odiētib⁹ eum multis: quos in alteram partē nouarum rerū spes abducebat: nec ab illorū mēte philippus burgūdus abhorrere putabatur. Itaque ex burgundia delatores prodiere: qui iuuenellū multis criminib⁹ accusarunt. De quibus burgūdionum dux inquiri iubet. Inuenti sunt corrupti testes triginta iuuenellum vno & pari testimonio accusantes. Inquisitione ad ducem delata: cū philippus respōdisset/ super satis ad hominis dānationem esse: si crimina ab ipsis inquisitorib⁹ quos castelleti cōmissarios franci vocāt: summatī scriberent. Inscriptis criminib⁹ commissarii abeuntes in cauponā vinariā dum vino indulgent: libellus inquisitorius ad extremā mēsam negligēter ab illis dū compotāt relictus: in pauimentū cū cecidisset/ adueniens domesticus canis libellū mandens: in hospitis cubile deportauit. Quē cauponis vxor cubitū pergēs/ pede offendit/ maritoque ostēdit. Ille inscriptione prælecta: ad iuuenellū protenus profert. Cui postridie dictus dies erat ad vicennas iudicio se sistendi. Admiratus iuuenellus falsas in eū delationes: innocētiæ suæ securus ad regem cū quadringentis Parisianis ciuibus pergit. Erat enim integritate optimis quibusque commēdatissim⁹/ ita vt regi⁹ parlamētei se

Iuuenellus mercatorum præpositus falso accusat⁹.

nat⁹ aduocat⁹ cām in eū dicere rogat⁹ recusauerit q̄q̄ a bur gundo duce vt id faceret deligeret. Cām egit aduersus ino centē iohēs andrognetus aruernus: magnope postulās iu uenellū in carcerē mitti. Contra iuuenellus constāti aio re spōdens: postq̄ de sua innocētia nōnulla pro tpe disseruit: nō inqt equū est sine inquisitionis libello hoiem in vincula rapi. Cui andrognet⁹ mox intulit: accusatiōes testesq̄ præsto esse: atq̄ inqsitores q pone illū astabāt cōspiciēs libellū petit. Illi se vicissim iterrogātes / qs eorū haberet: rubore pfusi: obstupuere vehemēter. Rex (cui eo die melior mens erat) cōfictos in iuuenellū dolos intelligens: Abi inquit iuuenelle: te satis purgatū habem⁹. Missis per illos dies in britāniam oratoribus: qui ducem clissonūq̄ ad cō cordiam inducerēt: cū inanes reuertissent: burgūdiæ dux in britāniam se contulit: cōtrouersiāq̄ omnē ita ꝓposuit / vt dux in franciam ꝓfecturus britonū gubernacula clissō no crediderit. In iudeos rursus aīaduersum est qui christianā pietatem aspernentes opprobriis christianos lacessebant. Aliquot ex illis per ciuitatis compita fustigatis milia scutorū xviii. in fiscū rettulerunt. Quę ad pontem qui paruus appellatur extruendū impēsa sunt. Et cum a turcis impetitus hungarorū rex Henricus Caroli auxiliū petiuit: missus ad eum est cū magnis copiis conestabilis duēsis comes. Qui hungariā ducēs: cognito quia turci relicto bello se in turciā recepissent: in bohemos impetū facit qui de religione & fide christi nō recte sapiebāt. Habita de bohemis victoria prędis ditatū militem in franciam reduxit Expeditō in turcos.

De pace iterū apud boloniā franci angliq̄ cōuenientes: inducias quattuor tm̄ annorū posuere. Interea exercitatū volens reddere militem omne ludorū genus pręter sagittandi carolus ꝓhibet: vt ad induciarū finē si anglus negligens pacis esset: miles nō emollit⁹ ocio: robustior ad bellū ꝓstātiorq̄ haberet. Sagittariorū siquidē atq̄ balistariorū tanta post paucos menses exercitatio atq̄ copia fuit: vt Exercet miles.

principibus viris timori essent: quare hoc exercitii genus nō passim sed p insigniores tātū regni vrbes pmissum est.

His diebus cū parisii ageret cardinalis lunēsis a pōtifice legatus: hi qui iuuenellū falsis delationib⁹ offenderant sacerdotis eorū ꝯsilio ad cardinalē ꝓfecti: culpę remissionē mœsti gementesq; efflagitāt. Qui pœnitentiā illorum nō aspnat⁹: eos a iuuenello quē offenderāt veniā petere iussit.

Venere siquidē lintheis ne agnoscerent̃ tecti ad iuuenelli ędes: a quo humanissime excepti postq̄ noiatim singulos designauit venia donātur. Fuit scholasticorū parisiēsis academiæ aduersus cardinalē de ecclesiastico scismate grauis cōtentio: ita vt illi nō reuerēter de pōtifice verba facere auderēt. Execrabilibus demū censuris a cardinale ꝓhibiti ęgre abstinuerūt. Obeūte mortē paulo post innocētio septimo patres qui auinione erant petrū lunā pontificem ordinarunt benedictū illum appellātes. Ad quem missis a rege: & parisiēsi schola oratorib⁹: qui de scismate tollendo illum hortarētur. postq̄ vacui rediissent cōsilio parisii habito cū nulla ad vnionē sanctior pateret via q̄ si vterq; de pōtificatu contēdens se dignitate abdicaret: duces biturix et burgundus ad benedictū auinionē legantur. Mittūtur quoq; a scholasticis parisiensibus eadē causa nuncii. Hi benedictū ꝯuenientes: memorāt quę incōmoda ex scismate contigissent: & quę post hac euentura timebant̃ nisi tm̄ ab ecclesia discidiū tolleret̃. Vnicū huic malo remediū afferri posse: si ipe atq; aduersarius ei⁹ pontificatui cęderēt. Bn̄dictus ad hæc oratorū verba cū se rite electū pontificē esse rñdisset: nec spē de se faceret pacis: pseuerantibus in ꝓposito oratoribus: ego inquit quādoquidē ad vnitatē cessio ꝯducere videt̃: cedā si idē fecerit cōpetitor anglus corarius hic enī venetus erat: & gregorius duodecim⁹ a suis sectatoribus vocabat̃. In hoc bn̄dicti ancipiti respōso oratores incerti: idētidē ꝯsultāt qua ratione hominis pertinaciā euincerent. Sed eorū frequens cōuentio benedicto suspecta oc

casionem dedit vt auinione clam relicta in cataloniã propere se conferret. Erat enim ex ea gente prognatus. Igit duces benedicti abscessu irritati ad regẽ remearũt. Qui relatione gestoruz accepta: ad diuersos xpiani nominis reges de auferendo ab ecclesia scismate nuncios mittit. Id postq̃ bñdictus intelligit placãdi regis causa decimã illi ecclesiasticã nullo ꝓcurante donauit. Quam inuito & reclamante clero rex exigere cunctatus nõ est. Per supiores proxime exactos annos. Côuenientib⁹ francis anglisq; oratorib⁹ cum fuisset de ysabella Caroli filia regi anglorũ despõsanda ꝓlocutũ: & annorum triginta cõfirmatę essent induciæ: Parisium ob eam causam venere ab anglo rege Rolãdus corbiẽsis anglus admirald⁹/ & Monthion marescallus: Guillotus quoq; stropus legationis principes. Et Rolãdo quidem regis angli vicario data est coniunx ysabella septimũ annũ agens: & cum in normãnia chereburgũ: & in britannia brestum hacten⁹ angli occupassent: vtrũq; Carolo relinquere. De prodigiis eius temporis hæc relata ex lingua occitana fuere. Visam stellam eẽ grandem: quam quiq; minores stellę hostili more persequi viderẽtur: & pręterea iuxta astare erę armatum hominẽ: manu lanceam gestantem/ ignemq; mittentem: qui stella percussa mox euanuerit. In aquitania auditas per celum voces: & armoruz strepitus velut pręliantiũ hominuz. Quo tempore Bouslicaudus marescallus Genuensiũ administrationem regis nomie suscepit papiamq; atq; placentiam insubriũ vrbes duodecim equitum milibus ĩstructus cepit: & demuz aduersus turcos constantinopolim duxit: vbi egregia militię opera edidit. Redeũtibus ex ĩfœlici apud alexãdriã commissa pugna sexcentis militib⁹: q̃ sub armigniaco comite militauerãt: trãsmissa sabaudia cũ ad dalphinatus angustias duce almerico fœneraco peruenissent: omniũ rerũ indigentes: peterẽtq; sibi ab icolis alimẽta ministrari: qdã regionis illius ꝓceres: cõtractis raptim copiis in illos nõ

Ysabella septẽni s regi ãglorũ despõsatur.

Prodigia

Genuenses.

Redit⁹ armigniacorũ ab italia.

secus ac in hostes arma parãt. Ea re ad almericũ perlata: ad dalphinates missis nũciis orat: liceat sibi suisq; per illorũ fines iter facere: distributis quantũ ipsi decernerēt moderatis alimētis. Reiectis nũciis: negãt dalphinates illis subuē turos. Igitur almericus cõuocatis ad se militonib⁹. Ecce inquit o socii omni ope atq; humanitate destituimur. ꝑcur runt in nos armati dalphinates: & si in eorũ manus incidi mus: nõ aliter q̃ latrones iugulabũt. Si viri sum⁹: præstat per vulnera gloriose prẹliãdo occũbere: q̃ more reorũ strã gulari. Insidiemur illis & intercipiam⁹ incautos. Mouen tes dalphinates cũ mox vltra ꝑgredi illos impediret: ma gnis ignibus incẽsis: male cõstitutis excubiis obdormiũt. Vigil autẽ almericus vbi ꝑ exploratores de dalphinatiũ statu cognouit: ordĩatis suis sub diei lucẽ in hostẽ irrupit: et cẹde facta aliquot ex illis nobiliores viuos capit. Inter quos fuere auraycẽsis princeps: valẽtinian⁹ comes/ & viẽ nensis prẹsul. Victor almericus veritus ne ex fuga dalphi nates se reciperẽt: & viarũ fauces intercluderẽt: captiuos li beraliter habuit. Impetratisq; dũ trãsiturus esset alimẽtis/ a principibus quãtũ ipsi pro eorũ redẽptione iudicarẽt: a cẹteris vero singulis argẽti marchã accepit. Est eñ marcha apud gallos librẹ pars dimidia. Nondũ ꝑ eos dies inter frãciæ & angliæ reges de ꝑditionib⁹ pacis ꝑuenerat. Idcirco ad idipsum Carolus Arderam: anglus guynas venit.

Fed⁹ iter reges frãcie ⁊ ãglie

Ad arderã vero ꝑueniẽtibus regibus pacis fœdus ictũ est. De quo aliud scribere nõ possum: quãdoquidẽ eius tẽporis scriptor id se nescire cõfessus est. Indicia multa regũ beniuolẽtiẹ visa: qualia sunt oscula dexterarũ tactus/ mutui amplexus/ amicissimẹ appellationes. Carolus eñ anglus patrẽ: Carol⁹ anglũ generũ vocabat: alternis ꝑciosissimis muneribus se donãtes. Dum apud arderã reges cõsultãt: nõ visi ante id tẽpus ymbres: grãdoq; frequens cũ vehemẽti vẽto irruẽtes quattuor sine intermissione horas principes in tẽtorio Caroli cõtinuerũt. Altera quoq; insequẽtis diei

Tẽpestas

nocte insurgẽs subito ymbriũ & vẽti violẽtia: frãci regis tẽtorij cẽtũ & q̃ttuor funes & tigna q̃ tabernaculum sustẽtabãt: Anglicę vero mãsionis qa demissiore loco distẽta erat: q̃ttuor tm̃ funes abrupit. Interea ysabella ad anglũ deducit̃: & ĩde ab anglis insignib⁹ fœminis q̃ ob idipsum ex anglia cõuenerãt suscepta: calisiũ ꝓfecta est. Reges vero cũ se cõuiuio apud anglũ recreassẽt datis atq̧ acceptis ĩuicẽ donis: alter frãciã: alter angliã petit. Paulo supra hos dies rex hũgar⁹ de turcis ĩsignẽ victoriã rettulerat: cui⁹ rei mẽores turci renouato bello expeditionẽ ĩ hũgariã parãt. Quãobrẽ sibi cõsulens hũgar⁹ ad Carolũ missis oratorib⁹ suppetias orat. Missi sũt cũ ingẽtib⁹ copijs Philipp⁹ arthesiẽsis conestabilis. Iohẽs niuernẽsis philippi audacis fili⁹. Iohannes boussicaudus: Iohẽs viẽnensis: Cõciacus: & alij francę nobilitatis ꝓceres: armorũ belliq̧ nõ exptes. Trãsmisso danubio ad hũgarũ regẽ frãci galterũ de rupib⁹ equitẽ burgũdũ mittũt. petẽtes qd illos cõmodius facere liceret: quo ve itinere in turcos ducerẽt. Hungarus cui frãcorũ mores cogniti erãt / timẽs ne p arrogãtiã temere qcq̃ cõmitterẽt: turcorũ in bello gerendo ꝯditiones modũq̧ galtero explanat. Nihil festinãdũ esse. Hũgaros q ꝓxime turcos ĩcolerẽt / se assuetos habere: quos primos hosti obijcere oportebat. Hũgari regis cõsiliũ parui habẽtes frãci: primas sibi pugnãdi partes arrogant. Et lubrici p oẽs voluptates / vino ludoq̧ indulgẽtes: bonis oĩb⁹ horrori habebant̃. ita vt dicere illis ĩcolę nõ dubitarẽt male illis aliqñ ꝓpter eorũ iniquitatẽ cõcessurũ. Vbi ingẽtẽ turcorũ multitudinẽ nõ lõge a castello richo in armis eẽ cognouerũt frãci: ductore cõciaco in eos nihil metuẽtes incurrũt: cedũtq̧. Et castellũ aduenĩẽte ĩ adiutoriũ hũgaro expugnãt. Deide nichopolĩ munitissimã ciuitatẽ obsidẽt. Vbi cũ dies octodeci cõsedissẽt: q̃tidianis oppugnatiõib⁹ obsessos vexã

Expeditio ĩ hungariam.

Insolẽtes frãci.

Turci.

C

tes: nũciũ accipiũt de turcorũ aduẽtu q̃ istructis militariter acieb⁹ in eos ꝓcederẽt. Igit̃ cũ hungaro rege degenere & mõ prẹliãdi cõsultãt. Atq; iprimis glorię cupidi frãci primã sibi aciẽ (renuẽte hungaro) deposcũt. id maxie cõtẽdente conestabili q̃ grauiter ferebat ꝯciacũ supiore prẹlio se ꝑtermisso victoriã de turcis habuisse. Itaq; i prima se frõte collocãt frãci quã sibi deberi rex cõtẽdebat. ob eas maxie causas q̃s supra exposui: tũ ẽt ꝙ hũgarus suorũ mores spectatos habebat: audaciores fore dũ frãcos post se pugnaturos considerẽt: neq; terga daturos / metuẽtes a frãcis seq̃ntib⁹ cogi. Si ꝯ fiat & ab ijs q̃ ꝓmã aciẽ ducerẽt male depugnet̃: hungaros stati fugę se ꝯmissuros. Sano ꝯsilio isani frãci nõ acqeuerũt. Igit̃ dũ q̃d i castris turcorũ fieret exploratũ hungarus mittit: acies instruunt̃: frãcis primã sibi arrogantib⁹. Erãt in castris frãcorũ ex priore victoria turci captiui cõplẽs / qb⁹ tametsi (fide a frãcis accepta) spes eẽt sui redimẽdi: eos tñ illico frãci necãt. Cõstitutis in mutuo cõspectu acieb⁹: signo dato atrox pugna cõmittit̃: prælabant̃ acerrime xp̄iani: nec min⁹ ferox turcus depugnabat. Cõciacus & iohẽs viennẽsis primariã in ea pugna laudẽ meruere. Sed in frãcos irrũpẽs turcus cũ nostrorũ ordinẽ turbasset multitudine militũ supior / xp̄ianũ exercitũ fudit: fugientib⁹ hũgaris q̃ i posteriore acie cõstiterãt. Capti sunt ex frãcis & ad turcorũ ducẽ perducti trecẽtũ nõ mediocris cõditionis viri: inter quos iohẽs comes niuernẽsis. Cõciacus boussicaudus & iohẽs viennẽsis. Ducebat̃ cõciacus interiore tantũ tunica vestitus: & verberibus interducẽdũ afficiebat̃. Cui sic afflicto nudoq; chlamys (diuina ne an humana nescit̃ ope) iniecta est. q̃ ad tegumẽtũ illi fuit. Coram positis captiuis / turcorũ tyrãnus eos mox occidi ipræsentiarũ iubet. Boussicaudo tñ & iohãni niuernẽsi cũ alijs duobus & viginti ꝓceribus parcitũ est. Illi ꝓpter

Frãci fi defragi

Cedun tur a turcis franci.

ea ꝙ turcis ĩ pari fortuna qñq; pepercisset. Huic ꝙ magus qdã ĩter turcos: eũ assereret auctorẽ futurũ maxĩe xp̃ianorum cędis. Nã hic iohẽs burgũdię ducatũ post ea adeptus mirabiles in francia dissensiones & ciuilia bella mortesq; excitauit. Post tã male gestũ prælĩũ: cũ xp̃ianorũ cadauera iubẽte turco anno & mẽse vno humi ĩsepulta iacuissent: nec a fera vlla / nec ab auib⁹ cõtacta sunt: arbitrantib⁹ hostib⁹ id alimẽtũ feras despuisse. Iohãnis & suorũ cõcaptiuorũ redẽptio ducẽtorum miliũ aureorũ nũmũ fuit. Philippus vero conestabilis in ipsa captiuitate: atq; itẽ. Cõciacus interijt priusq̃ de redẽptionis pręcio cõuenisset. Eius philippi cadauer aromatib⁹ cõditũ in franciã relatũ in diui laurẽtij tẽplo in oppido Deu sepultũ. Guido trimolus rhodi defunctus est vita: & in eo loco sepulchro inhumatus Hẽric⁹ barrẽsis orta in venetijs pestilẽtia mortuus est.

¶ Sub his diebus ducis britãnię filius Caroli filiã desposãuit: cui milia frãcorũ trecẽta in dotẽ ꝓmissa sunt. Sed nõ multo post exactis mẽsib⁹ virgo defuncta est. Et francorũ regina ꝑ eos dies filiũ peperit ludouicum cui ĩ baptismate Ludouic⁹ aurelianorũ dux nomẽ dedit. ¶ Nauarro rege vt supra mẽoraui defuncto filius pacti memor qđ cũ carolo pr̃ inierat pãpilonẽsem ep̃m ad regẽ legat: terras repetẽs q̃ illi ex paterna hęreditate in normãnia ptinebãt. Cõsultante de hoc rege: post diuersas sñias ea vicit: q̃ restituẽdas nauarro terras aut ei alioqn satisfaciẽdũ dicebat. Itaq; ĩ vastinio nemorsũ datũ: & cũ antea comitat⁹ eẽt: in ducat⁹ dignitatẽ ẽ sublimatũ. Et in cãpania locis separatis milia librarum decẽ nauarro assignata. Quo tpe maria regis soror religionẽ apđ poyssiacũ ꝓfitet. ¶ Venere ꝓterea a cõstantinopolitano ĩpatore ad carolũ legati aduersus turcos opẽ postulãtes. Quib⁹ assensum est orãte ludouico aurelianorũ duce hãc sibi expeditionem cõmitti. Et baasacus

Nemorsũ ĩ ducatũ erigitur.

turcorũ princeps misso militię suę pfecto Carolũ magnis mũerib⁹ donat. Venit q̃ʒ (carolo remis agẽte) bohemoꝝ rex: vidẽdi caroli tm̃ cã. Quẽ liberalr̃ exceptuʒ & donis cumulatũ rex habuit. ℂ Bñdict⁹ vero cui frãci i põtificatu fauebãt: lʒ põtificatui cedere crebris legationib⁹ admoneret: ptinax tñ ꝯtra pstabat. Quare conuẽtu sacerdotũ pcerũq; parisij cõtracto / a bñdicto secedẽdũ eẽ decretũ ẽ. neq; admittẽdas posthac grãs ad bñficia adipiscẽda q̃s romani expectatiuas dicũt. Eccl'ias q̃ rectore carerẽt a collatorib⁹ petẽdas electões ꝯfirmãdas ẽt exẽptaꝝ eccl'iaꝝ salua exẽptiõis libertate. Ea a bñdicto discessiõe cognita: cardiales q̃ cũ illo auiniõe erãt / ad nouãuillã sex milib⁹ passuũ ab auinione distãtẽ se cõtulerũt: suo pontifice deserto. ℂ Carolo vt est a nobis memoratũ mẽtis ĩpoti duo ex ordĩe augustinẽsiũ frẽs mederi se posse iactauerũt. Qd qa gratũ q̃plurimis erat: ad valitudinariũ regẽ ĩtroducti / capiti aliq̃t ĩcisionib⁹ factis ex ĩpotẽte moribũdũ reddiderũt. Idcirco cõprẽhẽsi cũ se medicinæ prsus nescios eẽ cõfiterẽtur: ex prudẽtũ cõsilio sacerdotij dignitate exutos: carnifex capite trũcauit. Quos ad id scel⁹ excitasse philippũ burgũdũ fama vulgauit / ppterea q̃ ludouic⁹ aurelian⁹ iohẽm barrẽseʒ (q̃ burgũdi studio ducebat: & magus erat) igne cõburi pcurasset. ℂ Ortis eodẽ tpe ĩ anglia ppt' ducis lẽcastrię necẽ seditiõib⁹: Hẽric⁹ ei⁹ ducꝭ nepos cũ ĩ suspicionẽ aduersus richardũ cõiuratiõis venisset: in frãciã se recepit: & a carolo honorifice ẽ habitus. ℂ Et p id tp̃s auctor iohãne cremaldo alexãdrino p̃triarcha: decimã cler⁹ psoluit. Supatis pterea alueis a deo flumia exũdauert vt ędes cũ ijs q̃ eas ĩcolebãt efferrẽt pditis diluuio segitib⁹. Laboratũ est ẽt grauissima p oẽm frãciã pestilẽtia: labẽte anno salutis. M. ccc. nonagesimonono. Visus quoq; ẽ cometes ĩsolite magnitudis & vehemẽter ignit⁹. ℂ Supuenere pterea anglis

Gratie expectatiue

Pseudo medici.

Dissen[sio]nes [?]s.

suę calamitates rebellātib⁹ vualis. In q̄s dū richardus anglorū rex copias ducit: nō pauci ex nobilitate in eū cōspirāt: & ysabellā reginā imprimis in arcē munitissimā abducūt: duob⁹ ex oī ei⁹ gallica familia obseq̄o q̄tidiano relictis. Seditiōe anglorū cognita: hēricus quē ad carolū cōfugisse dixim⁹ aīm intēdēs: spem cepit res nouas moliēdi. Clā igit̄ e frācia abiēs ad āglos fertur. Allexit ꝑten⁹ in suas ꝑtes richardi amicos: datisq̧ ad ciuitates l̄ris/ qb⁹ regē in multꝭ criminabat̄: paucis diebus magno satellitum nūero stipat⁹ incessit: supplicio quosdā ꝓceres afficiēs: ita vt ꝑti metu/ parti Richardi odio/ ꝑpl̄i magna ꝑs hērico obtēparet. Vbi res apd anglos inouari richard⁹ accepit: vualia relicta a suis q̄q̧ relict⁹ est: q eū in hērici ꝑtātē ꝓdidere. Nō ob aliā cām magis q̄ q̧ cū frācis amicitia cōtracta caroli filiā vxorē duxisset: chereburgūq̧ & Brestū restituisset: pace ꝑter ꝑpl̄i volūtatē cōcessa. His rōnib⁹ ī publico anglorꝝ cōuētu diffinitū est alio rege op⁹ eē: hēricū magnis laudibus pleriq̧ efferebāt: & añ oēs cāturiēsis archiꝑsul/ vt factiōis iniq̄tatē aliq̄ religiōe palliaret: fialā ꝓmittit liquoris plenā quā ad diuū thomā cātuariēsem ad sacrādos reges āglos cęlo allatā asseuerat. Hērico ꝑ simulatā religionē fauere: & cōciliatū sibi ꝑpl̄m reddere sacerdotē voluisse credo. Eā fialā hēric⁹ postea nūcijs q̄s ad ꝯū carol⁹ miserat ostēdit. Nec differt richardū tollere. Nā accitis q̄s richardo fidelissimos fuisse nouerat per eos richardū necat: seq̧ regē fauētib⁹ anglis instituit. Cōscius tñ q̄ indigne richardi mortē carol⁹ ferret: oratores ad eū legat: q de pace certo loco & tpe cōponēda ꝯuenirēt Boloniā carol⁹/ calisiū hēric⁹ suos misit. Qui de pace frustra disceptātes paucorū dierū inducias edixerūt. Acceptus est eodē tpe a carolo honorificentissime cōstātinopoleos impator: qui visendi regis cā Parisiū aduenerat. Quem apud luparā diuersatum tantū

prodūt angli richardū regē sum.

Anglorū ī suū regē ꝑfidia.

Figmētum sacerdotale.

auctores scribũt/ei⁹ cãm aduẽt⁹ aliã nõ ponẽtes: nõ est tñ dissimile vero ea cã venisse: vt ĩ turcos grecię minitãtes frãcos cõmoueret. ¶ De ysabella q̃ richardo nupserat carolus pr̃ sollicit⁹: gueuillũ & iohẽm blãchetũ ad hẽricũ mittit: q eã ad se reducerẽt. Qui dũ regię cãꝫ diligẽter cõstãterq; agũt: ãgl⁹ in carcerẽ illos asseruari iubet. Vbi blãchet⁹ ęgritudine ꝯtracta morit̃. gueuill⁹ post diuturnã valitudinẽ cruẽti vomit⁹ sanitatẽ recuperat. Eo ex ãglia reuertẽte: hẽric⁹ ysabellã caleſiũ mittit. Vbi receptã frãci ad patrẽ ꝑduxerunt. ¶ Circiter id tpis mẽse mayo ꝑ bellouacorũ agrũ grãdo frequẽs ad anserini oui magnitudinẽ: tonante coelo segetes q̃tit. Et celestis ignis apud vicẽnas ĩ reginę puerperę cubiculo decidẽs thori corthinas ꝯcremauit. Sequẽti mẽse iunio ꝑ dies nũdinaꝝ dyonisiani edicti par grando tabernas atq; officinas mercatoꝝ cõplures cũ bona publicarũ ędiũ pte: q̃s hallas vulg⁹ vocat diruit/atq; proculcat. ¶ Carolo nõ cõualescẽte: duces ludouic⁹ aurelian. biturix & burgũd⁹ de admĩstrãdis regni negocijs simultates exercebãt: & burgũd⁹ ludouico maxĩe ĩuidebat. Irã ĩsup auxit aurelian⁹ dux q amicitia cũ duce gheldrẽsi nesciẽtib⁹ ꝓncipib⁹ cõpata: gheldrẽsẽ qngẽtĩ eqtib⁹ stipatũ in pisiorũ agrũ deduxerat. Nec ĩferiores copias burgũd⁹ ꝯtraxit: ita vt ĩ aptas inimicitias odiũ ꝓdire nemo dubitaret. Biturigũ tñ dux tãto occurrẽs malo tpariũ remediũ attulit recõciliãtĩ ad tp̃s furẽtib⁹ ꝓncipib⁹. ¶ Apparuit ꝑ eos dies a septẽtrione ardẽtissim⁹ cometes q timori multĩ fuit: nõ ignorãtib⁹ id ꝓnosticõ eẽ grauiorĩ in republica calamitatĩ. Enimuero non multopost aurelian⁹ dux publicis gubernaculis a carolo q tũ meliuscul⁹ erat ꝑfect⁹ est. Quã dignitatẽ ꝯsecut⁹ mox ad rapinas se ꝯuertit: q̃suis ad soluẽda vectigalia & tributũ cõpellẽs: clero ad eã seruitutẽ cõpulso. Re cognita remorũ archiꝑsul ducis auaricię occur-

Oratores ab Hẽrico anglo captiui

Celi tẽpestas.

Simultas iter ꝓncipes frãcos.

Cometa.

rit. At contra senonẽsis archieps excõicatiõe feriebat aureliano non parẽtes: tam diuersa erãt hoĩm studia: vt nõ lege/non charitate/sed cõcupiscẽtia sua & sacerdotes & pceres in diuersa traherẽt. Fauebat maxĩe benedicto aurelian⁹: & ab eo factã esse discessionẽ moleste ferebat. Quãobrẽ schole parisiẽsis odiũ i se cõtraxit Nec diu post rebus præfuit cõmunib⁹: constituto burgundionũ duce qui regnũ administraret. Recepto magistratu nouam mox exigẽdę pecuniæ formam philippus excogitauit: sed ab antistite remẽsi admonit⁹ destitit. ❡ Aurelian⁹ postq̃ magistratu amotus est: ad lucẽburgum cõtendit. Et cũ lothoringiæ dux mettensesq; bello decertarẽt: sollicitam nauauit operã pacem componere: honorem inde muneraq; non parua referens.

Nota de vniuersitate parisiensi.

❡ Apud britones defuncto duce: vxor eius vidua henrico anglo nubit. Quę dũ traijcere in angliam cum tribus quos habebat liberis parat: philippus burgũdus magnis itinerib⁹ in britanniã pergens receptos filios ad regem perduxit: iohannem dico richardũ & arturũ ❡ Auinione vero cũ bñdictus palatio nõ egrederetur tametsi obsidione liberatus esset: veritus tamẽ inimicorũ insidias se in arce continebat. Sed cum id carceris speciem esse reputaret: roberti braquæmõtis ope clam inde educitur. Nascitur hoc tẽpore anni. M.cccc.secũdi ex ysabella regina carolus filiorũ regis caroli quartus. Cui patre defuncto regnũ miserandis calamitatibus attactũ obuenit. Constituit itẽ conestabilis (mortuo sancerro) carolus albrit⁹. Qui adepto magistratu: arces nonnullas in lemouicibus ex anglorũ dominatione eripuit. Renataq; est inter aurelianũ burgũdũq; de administrandis rebus controuersia. Quam occurrẽtes viri sapiẽtes pro tẽpore sedauerunt: vt nemini prĩcipum seorsum: sed oĩbus pariter respublica crederet: nõ secus q̃ si ad paucorũ moderationẽ monarchia re-

Vxor duc[is] britonũ viro mortuo: hẽrico anglo nubit.

Carol⁹ vij. nascitur.

dacta esset. ¶ Tria p id tps matrimonia cõtracta fuisse inuenio. Carol⁹ ludouici aureliani fili⁹ ysabellã q̃ Richardo anglo nupta fuerat vxorẽ accepit. Iohẽs caroli regis scdo genit⁹: bauari ducis qui hannonię comes erat filię copulat⁹ ẽ. Margaretã aũt reg filiã iohẽs britonũ dux licet ętate minor ĩ mrimoniũ duxit. Et philipp⁹ burgũdiæ dux vltima nature psoluit: relicto Iohãne niuernẽsi multorũ malorũ futuro autore. Nam pris loco burgũd⁹ suffect⁹: postq̃ fidelitat iura carolo pstitit pditorũ hoim cõsilio duct⁹: aduersus aurelianũ ducẽ inexpiabili odio ferebať. Erat itaq aurelian⁹ excelsi animi & magnarũ rerũ appetẽs: & q imperiũ affectaret: ppterea lucẽburgũ pfect⁹ aliq̃t oppida atq arces cepit/ de se opinionẽ bonã faciẽs: q̃si ipio idoneus esset. inde aũt q̃si gloriæ sat suæ fecerit digressus: auinionẽ ad bñdictũ venit: laturus opẽ põtifici quẽ schola parisiẽsis dignitate amouẽdũ magnope cõtẽdebat. Magni siqdẽ nois atq auctoritatis p id tps schola ipa habebať: ita vt scholasticũ offendisse piaculũ esset. Inter itaq multas simultates cũ res tota frãcoꝝ ad ciuilẽ discordiã inclinaret: nemo nõ fere studebat scholæ fauorẽ atq beniuolentiã sibi cõpare: eo melior æstimandus quo lrãtorũ maiore auctoritate iuuareť. Erat g̃ p eos dies pisianis scholastic plurimũ nois atq æstimationis. Enimero dũ ad diuã katherinã q̃ scholasticoꝝ appellať supplicationẽ haberẽt: qdã ex familia Caroli sauosij aurati eqtis equo p lutũ vect⁹: vnũ ex scholasticis luto inqnauit. Quẽ pten⁹ ira feruẽs scholastic⁹ pugno pcutit. Ad vociferãtẽ suũ cũ reliq̃ sauosij familia armis instructa pcurreret: scholasticos insectãs cũ ad ecclie vestibulũ successisset: nescio qs sagittã temere ad maiorẽ vsq arã dũ ad rẽ diuinã se sacerdos parat emittit. Quã scholastici iniuriã vlcisci pperãtes: ita apd iudices agũt: vt sauosij ædes vnde familia pdierat solo

Iohẽs burgũdię dux

Carol⁹ sauosi⁹

tenꝰ diruerētur: ipse vero exularet. ¶ Inter principū si multates regia ad aurelianū ducē magis spectabat. Igitur meldunū venādi cā (comitāte eā duce) pgēs: fratri suo ludouico bauariæ duci & montaguto mādat dalphinū cui aqtania cōmissa erat / vxorēq3 eiꝰ burgūdi filiā ad se ducāt. Nec caruit suspiciōe regina id impasse vt filiū dalphinū vna cū vxore ducēq3 aureliano / ī germaniā traduceret. Ea re ad iohem burgūdū plata: ipse cōtracta amicorū manu. Interdiu noctuq3 pseueranti itinere parisiū venit: ratꝰ dalphini egressum prepedire postq̄ abijsse cōperit: festinās apud giuisiū nō procul a corbolio vicū eūtes cōseqt. Recusante bauaro dalphinū reducere: burgūdꝰ vi facta dalphinū recipit: & apd arcē luparā fuat. Quāobrē aurelianꝰ collectis celeriter sex hoīm milibꝰ: vicēnas cū regina ingredit. Iohe Parisij agēte: quē bona ppli ps seqbat: sperās eius ope vectigalia tolli. Res tota prorsꝰ ad pliū inclinabat: sed interueniēte mōtaguto hoīe modesto & prudēte ī grām duces redierūt. Et ne eorꝝ aī renouato liuore exulcerarētur: aurelianꝰ in aqtaniā aduersꝰ anglos: burgūdꝰ ad calisiū expeditionē duxit. Extruxerat ad oppugnādū calisiū iohes: auctore mōco qro eqte aruerno: miræ magnitudinis fabricā ligneā: q̄ suppositꝫ rotis facile quoquouersum pmoueri posset. magna eni spe ducebatur oppidi capiēdi. Aurelianꝰ aūt cū burgū in aqtania circūuallasset: audito q̄ a burdegala auxilia obsessis venirēt: obsidionē soluit. Nec multꝫ post diebꝰ carolꝰ vtrū q3 ad se vocat. fati sicut ē mortale hoīꝫ genꝰ īprouidꝰ. Nā redeūtē noctu domū aurelianū ducē q puerperæ reginæ gratificatꝰ erat: satellites duce Radulpho auctouillo iterficiūt: pxīe barbetæ portā dextra manu āputata: in quē humi deiectū cū ex ducꝫ aulicꝫ vnꝰ sese dni ptegēdi cā pstrasset: ab iterfectoribꝰ trucidatꝰ ē: nono kal. decembris. āno salutꝫ. M. ccccvij. Homicidæ vero

Mors aurelia ni ducꝫ.

pessimo facinore patrato: in ędes arthesij comitis vbi
iohes burgūd⁹ diuersabat̄ cōfugiūt. Excito ad ducē ne
cē clamore atq̧ tumultu: vicini occisi corp⁹ in ꝓximas
ędes īferūt. moxq̧ scelerē īmanitas ꝑ ciuitatē circūfert̄
Aduolāt repēte ludouic⁹ sicilię rex / ducesq̧ biturix et
borboni⁹: q cari sui cadauere cōspecto indignant̄ pari
ter atq̧ illachrimāt. Postera die dux ad celestinoꝝ mo
nasteriū celebri pōpa effert̄: sepelit̄ in sacello qđ postea
insigni pictura honestatū ē. Comitabant̄ fun⁹ q̄s dixi
ꝑ̇ncipes & dux ipē burgūd⁹: quē necē auctorē extitisse
nemo dubitauit. Nā criminis inq̄sitores robert⁹ tuil=
ler⁹ & petr⁹ orfaueri⁹ cognito ꝙ auctouill⁹ ad diuerso
riū iohis burgūdi cū suis ꝑticipib⁹ ꝓfugisset: qa in pri
cipū domo hoīeꝫ ꝑ̄hēdere absq̧ dñi assensu nō licebat
ad burgūdū q apud neellā cū alijs ducib⁹ ꝯsilio aderat
se ꝯferūt: pulsatoq̧ hostio interrogati qdnā vellēt. du
cis inquiūt burgūdi petim⁹ assensum: vt ei⁹ bona cum
venia hoiem sceleratū in ei⁹ ædib⁹ ꝑ̄hēdam⁹. Hic erat
quē petebāt a quę baiul⁹: cui⁹ insidijs atq̧ archanis de
latiōib⁹ necis cōscij vsi ad homicidiū fuerāt. Cognito
quid peterēt inq̄sitores: burgūd⁹ expalluit. Qđ siciliæ
rex callide percipiēs seorsum iohem rogat: si necis ī se
culpā vllā haberet. Iohes vindice cōsciētia admonit⁹
lachrymas ꝯtinere nō potuit: seq̧ & crimē apit. moxq̧
cōclaui tanq̄ corpis curādi cā egressus ferocissimi equi
ministerio vsus: se ex ciuitate ad sancti maxētij pontē ꝓ
ripuit: quo trāsmisso pōtē diruere iubet: vt se ꝑsequēti
bus viā ꝑ̄cluderet. Eo die attrebatū ꝑuenit miliaribus
fere cētū a parisijs distās. Elapso parricida verit⁹ caro
lus ne sceleri scel⁹ burgūd⁹ adiūgeret: seq̧ tuēdi grā an
glorū societatē expeteret: biturigē ducē burgundi pa=
truū ad eū mittit q hoiem bñ sperare hortaret̄: belluꝫ
oino dissuadēs. Itaq̧ iohānes tota hyeme se absq̧ vl=
li⁹ belli apparatu nūc in flādria / nūc ī arthesio ꝯtinuit.

Necis causas burgūd⁹ cōplures diffamauit. Qđ Aure Quam= lianus scilicet regnū affectasset:& magos adhibuisset a obrē io qb⁹ gladios duos & anulū accepat: q̄ carolo regi dum hannes beluaci ageret ostēsa eū tota cæsariȩ expilatū & paulo= dux post decidētib⁹ sensim vnguib⁹ ībecillē reddiderit. Ha burgū= buisse p̄ter hȩc virgā q̄ semel a fœmina cōspecta: eā effi diæ Lu ciebat libidini ducq audiētē. Fuisse q₃ eorū ludo℞ auto douici rē vbi carol⁹ fere exust⁹ ē inijciēte aureliano facē ī vil= aurelia losas vestes qb⁹ lusores psōati chorisabāt. Procurasse nensis insup apđ pōtificē bñdictū tredecimū caroli a regio fa necē p= stigio missionē: q̄ vt mēte īpotēs ita corpe valitudina curaue rius eēt. His addebat burgūd⁹ grauia ab eo cōcepta et rit. accepta vectigalia: qb⁹ aduersus regē se potentē nimis Iohēs exaltabat. Vtcūq₃ hȩc burgūd⁹ resciuerit: ea tñ nō alit paruı. q̄ cōperta: p iohem cui parui cognomē fuit theologū doctorē publica cōtione pisij habita disseminauit. Ipe nimirū existimo īuidisse aureliano burgūdū ne reipu= blicȩ prȩ se magis idone⁹ putaret. Inuidia siqdē pares maxime exagitat: sed alia psequamur. Hyems aūt p to Hyems tos duos menses decēbrē & ianuariū solito horridior horri= fuit. Vbi aūt se terra (incipiēte vere) laxauit: & se fluia da. glacie cōcreta dissoluerit: tāta glaciei fragmēta īgruerit vt mole sua pōtes deijcerēt: exūdātesq₃ āñes domibus pstratq incolas cū pecorib⁹ abducerēt. ¶ Admīstrabat Leodiē p id tp̄s leodiēsē ecclīam iohēs bauari⁹ guillermi hol= siū stra= lādiæ & hānoniæ comitq frater. Et cū p̄sul & subdyaco ges. nus eēt/ nullo tñ die rē diuinam fecerat: suȩ nobilitati detractū iri forte rat⁹ si psbiterio more sacris se altari bus addixisset. Recusātē id p suo offō facere leodiēses Traiecti ptinaci obsidione cōcludūt. Igit guillerm⁹ vt fratri subsidio eēt: contractis ex sua gēte copijs/ burgū dū p nūcios orat ī auxiliū venire festiet. Nā guillermi soror burgūdo nupserat. Nō aspnat⁹ orantē: iohēs ex ercitū cogit: seq₃ cū guillermo sociat. Præmittuntur in

agrũ leodiensem leuis armaturę milites q̃ sata vicosq̧ incẽdãt. vt hoc dãno pmoti leodiẽses cõibus patrię in cõmodis (obsidiõe dissoluta) succurrere cogerent. Fla grãtib⁹ passim agris leodiẽses qui in obsidione apd̃ tra iectũ erãt in hostẽ mouẽt: quẽ in planicie cui haysebagno vocabulũ est inuẽtũ p̃lio adoriunt & vicunt: milibus sexdecim ex suis occisis. Victoria ad carolũ regem plata: times ne burgũdus victorẽ exercitũ ad parisios duceret quib⁹ erat tũc tẽporis acceptissim⁹: assũpta cũ suis liberis vxore turonũ se trãsfert: comitantib⁹ eum francorũ primorib⁹ principib⁹. Quod vbi Iohes burgũd⁹ cognouit: Guillermũ hãnonię comitẽ sollicitat secũ in franciã cũ exercitu proficisci: nõ aliã ob rẽ q̃ vt regem & dalphinũ cui filia ei⁹ nupta esset parisiũ reuocaret. Erãt guillermo multę causę quã obrẽ a bello abhorrebat: affinitas atq̧ cognatio. Burgũdo ei guillermi soror mrĩmonio cõiũcta: reginę autẽ cõsobrin⁹ ip̃e erat: & filiã eius vnicã sibi hęredẽ alter ex caroli liberis desponsauerat. Eã ob rẽ ad pacẽ pcliuior vltro citroq̧ oratoribus missis: regẽ carnotũ pficisci impetrat: quo iohannes ad eũ venire non differret. Carnoti cõuentu habito: Burgũdus cũ carolo aureliano duce ducis occisi filio paciscit: iurantq̧ vicissim duces: nunq̃ posthac inimicitias i alterutrũ exercere. At lõge sec⁹ nõ multo post tpe accidit. Nec fidei obsuãtia: nec iurisiurãdi religio irritatis animis momẽtũ habuit vllũ. Parisiũ tñ carol⁹ reuersus est. ¶ Quo tpe duos ex schola Parisiaca scholasticos ppt cędẽ a se factã cũ guillerm⁹ tignonuillus pisian⁹ p̃ses ad patibulũ noctu appẽsos strãgulare iussisset: ne si segni⁹ fecisset homicidę liberarẽt: coact⁹ est (schola apd̃ iudices suã ignominiã psequẽte) scholasticos patibulo depositos (osculo mortuis exhibito) & leticię ipositos eccle restituẽ: aurigãte carnifice q eq̃ isidẽs lineã istar sacdotis vestẽ iduerat. Eo℞ scholastico℞

De schola parisiensi.

etiã nũc sepulchrũ in porticu diui maturini Parisiẽsis cũ epigrãmate visit. ¶ Eadẽ tẽpestate boussicaudus q genuẽsib⁹ Caroli noie præfectus erat copiis ĩdigẽs Caucurtũ a Carolo ad se cũ valida manu missũm i pedemõte excepit. duxitq; placẽtiã. qua recepta : pado traiecto mediolanũ mouet. Cui iohãnesmaria mediolani dux pacato aĩo occurrit: atq; i ciuitatẽ admisit: fide illi subiectionis & obediẽtie tãq̃ regis vicario præstita. ¶ Dũ hęc mediolani a boussicaudo gerũt marchio mõtisferrati & comes frãciscus (ꝓditorib⁹ aliquot genuẽsib⁹) ciuitatẽ occupãt occisis frãcis quos ĩuẽtos habuerũt. Et arce quã castelletũ vocãt recepta: tholetonẽ arcis ꝑfectũ ĩterimũt. Quod vbi mediolani nũciatũ est: ciues in frãcos cedẽ meditãt. Sed ei⁹ rei certior factus Boussicaudus militẽ ĩ armis per eã noctẽ excubare iubet: nec cessat cõtinẽter per vrbẽ cũ armatis incedere. Mane facto duci fidei ciuitatẽ sub iureiurãdo cõmittit: atq; ciuitate egreditur. Abeũtib⁹ frãcis mox a fide atq; iureiurãdo mediolanẽses deciscũt: & frãcos qui laxandi animi causa mediolani restiterãt depræhẽsos iohãnesmaria ꝑfidus suis canib⁹ deuorãdos obiecit. Boussicaud⁹ Genuã recuperare conat⁹: cũ frustra se niti ĩtellexit: ad pedemõtiũ principẽ cũ gaucurto & copiis profectus est. Quorũ egregia opa cõtra marchionẽ mõtisferrati vs⁹ priceps: nõnulla oppida arcesq; cũ cepisset: frãci alpib⁹ superatis ad Carolũ reuertũt. Erat tum parisii nauarrus rex qui cũ burgũdo societate inita turbatiora omĩa fecit. Montagutũ enim regii palatii præfectũ: qui illorũ coepti obsistebat grauis & fidus imprimis cõsiliari⁹ capite dãnãt cẽsore petro essaro Parisiorum ꝓposito. Qui mox ex nauarri atq; burgũdi sentẽtia ærarii regiæ pecuniæ administrationẽ vsurpauit: deputatis ex sua cognatiõe q Carolo in officiis palatinis obseqrẽt. Officiõ qdã amoti & suis fortunis spoliati ad aurelianũ du

Lõbardorũ ĩ frãcos ꝑfidia.

Rex nãuarre burgũdi soci⁹

cē Carolū abierūt de duce burgūdo querimoniā ꝓferē
tes: q nihil eorū q̄ carnoti iurata erāt obseruaret. Qua-
re percitus ira aurelianus: suarū partiū ꝓceres accersit
Cōuenere ad eū in arce vicestrię nō lōge a Parisio du-
ces biturix borboni⁹ & alēconius: comites vero riche
mont⁹/albret⁹/conestabil/ armygniac⁹: & alij nō pau
ci ꝓceres. Quib⁹ anim⁹ erat suorū iniuriā vlciscēdi. At
ꝯtra burgūdus nō ignarus qd aduersus eū aurelianus
moliret: parisiū petit copias secū ducēs: castris iter sil-
uanectū luparāq; vicū positis. Burgūdo frater erat an-
thonius dux brabātinus q solertissimo studio curauit
ducū cōtrouersias cōponere: nec destitit donec mutuo
se amore pricipes cōplexi aīos ferociāq; ponerent. Re
bus vtcūq; sedatis: Burgūdus in Picardiā abijt relicto
Parisij petro essaro q ciuitatē moderaret. Hic ad suā tu
telā lanios q̂s ministerio vsuq; sanguinarios esse scie-
bat i cōsortiū admittit aduersus aurelianę partis secta
tores: pręhēdit iprimis vinetū despinosum equitē au-
ratū: quē capite truncatū patibulo tādē suspēdit q̄ au-
reliano faueret: Quā aurelian⁹ iniuriā nō ferens: colle
cto exercitu hanū primas copias ad p̄sidiū mittit: ipe-
rans vt burgūdi inceptatiōib⁹ obsisterēt. Qua re cogni
ta Burgūdus cōtractis ex flādria sexdecim hoīm mili-
bus obsidere hanū festinat. Cōcussa mox tormētis por
ta: q̄ ad sanctū Quintinū ducit cū corruisset: hi q intra
oppidū erāt ad aurelianū ducē q apud channiū agebat
se recipiūt. Desertū p̄sidio hannū postq̄ flamigi popu-
lati sunt in flādriā cōuersi nō vi nō p̄cib⁹ neq; vllis mi
nis a burgūdo retineri potuere. Eapropter ad anglos
missis nūcijs auxiliū ipetrat. ¶ Aurelianus aūt rat⁹ p
burgūdi absentiā parisios sibi adituros: pōte apd ver-
beriā facto: ysarā amnē trāsmittit. Inde ad sanctū Dyo
nisiū: quā auraicēsis princeps Iohēs cabilon⁹ burgun-
di noīe occupabat/mouet. At quia nō multū munit⁹

Macel-
larij pa
risiēses.

locus erat deditiōe facta princeps auraicēsis iureiurando adigit: nullo vnq̄ tpe aduersus aurelianū arma capturū. Interī gaucurtus scti clodoaldi pōtē nocte suffuratus est. Id vbi aurelian⁹ cognouit suarū copiarū ꝑtē ad pōtis ꝑsidiū collocat. Nec segnior burgūdus per pōtē melētū Parisiū vadens: postridie q̄ ad ciuitatē venit scti Clodoaldi pōtē recuperat: occisis mille ꝓpe britonib⁹ pontis ꝑsidio ab Aureliano deputatis. Quibus priusq̄ subsidio adueniret pōte iā burgūdus potiebat Nocte insequēti remeāte Parisiū burgūdo: aurelianus extructo e ꝯspectu scti dyonisij supra sequanā pōte: castheldunū ꝓpere se cōtulit. At burgūdus assūpto carolo rege: atq; dalphino / stāpas mouet: oppidūq; occupat. Pręmisit inde puisetū belsiæ oppidū cū duobus hoim milib⁹ Iacobū marchiæ comitē in quē Barbaȝan⁹ cum Gaucurto q̄dringētis militib⁹ stipatus ex Aurelianis adueniēs: comitē capit. captū in arce bituricēsi seruat Reliq audito comitis infortunio stāpas ad burgūdū redierūt. Qui vna cū rege & dalphino ad parisios se cōuertit: dimisso domū exercitu: āglisq;. Duces aūt bituris & Aurelian⁹ aīaduertētes burgūdū auxiliares sibi fecisse āglos: & nūc dimisisse: albretū ꝯfestim ad hēricū anglię regē ire iubēt: q auxiliū ab eo petat. Audiuit nō illiberaliter angl⁹ albretū: & Thomā filiū suū claretiæ ducē & cū eo eboracēsem: iohānem cornubiensem cū octingētis equitib⁹ & sagittarijs mille in frāciā ad duces mittit. ¶ Interea dū hęc agunt Iohēs burgūdus cōceperat animo bituriges obsidere: atq; ob id ipsum dominū de Hely cū bona militū manu Linieras pręmiserat. Quod vbi dux borbonius accepit ex bituricēsi ciuitate sub lucem mouēs / copiarū ductorē inuadit. sed dilapsus in arcem suos prędæ borboniorum obiecit. At burgūd⁹ assidue regē dalphinūq; secū ducēs: dū de obsidendis biturigib⁹ cogitat: dunū regium sexto a bitu-

rigib⁹ lapide īprimis capit. Deide postq̄ ad vnā ciuitatis portā dies q̄draginta frustra cōsedit. Alterā q̄ sancti priuati dicit̄ circūuallat. Eo ad eū se cōtulit cū sexcētis milib⁹ sicilię rex ludouic⁹ q partiū ei⁹ erat. Cęterū vbi dalphin⁹ certū de anglorū aduētu nunciū accepit: molit̄ priusq̄ secū biturigib⁹ hostis cōiūgeret discordias cōponere. itaq; cōuenietib⁹ ad colloquiū apud rochas nō lōge a charitate p̄ncipib⁹: cū se vāterā vbi rex agebat cōuenire p̄misissent nō cōparuere: p̄pterea q̄ delatū eis fuerat si eo p̄ficiscerent̄ capiēdos eē: & ātissiodorū ī custodia mittēdos: & tādē necādos. Tāto aūt flagitio cū Petr⁹ essar⁹ magnopere repugnaret de re īpa duces certiores effecerat. At āgli ligere traiecto audiētes pricipū recōciliationē cū nemo illis stipēdiū solueret: Bellūlocū cū mōasterio populant̄ & abbatē captiuum abducūt: Angolismorū p̄terea comitē quē in angliam missum cētū miliū librarū pecuniæ loco q̄ eis debita eē dicebant obsidē tenuerūt annos duos & triginta. Erat autē ducis aureliæ frater. ¶ Burgūdorū factio conestabilē eo tp̄e scti pauli comitē īstituerat: q apd̄ sanctū Remigiū de planis Normāniæ vicū Gaucurtū prælio superauit: q̄dringentis alterius factionis occisis. Anno salutis Millesimo quadrigētesimo deciotertio. Quo anno lanij & carnifices Parisiorū quos scoriatores illa ętas appellauit autore burgūdo seditiōe facta symonē cabocheū & iaqueuillū cū Iohāne trecensi medico sibi ducē p̄ficiūt: atq; his ductorib⁹ ad ducis aquitani ędes p̄fecti cōp̄les ex aulicis quos noīe scriptos habebāt furētes sibi tradi petūt. Eius clamoris causas nesciēs dalphinus ad burgūdū q corā aderat orationē vertēs. familiā inqt meā quā hic furēs pp̄ls deposcit tuę fidei iohānes ducēdā q̄ voles cōmitto: donec ferocia hæc deferuescat. Recepit burgūdus ex ducis familia quos carnifices voluerūt: eosq; domū suā pręsēs duxit. ¶ Eodē

Burgūdi iohānis nequitia.

die petrus essarus qui sancti antonii ꝓpugnaculo preerat fide a burgūdo accepta ꝙ nullo incōmodo vexaret ꝓpugnaculo egressus capt⁹ & in vinculis habit⁹ est. moxq; ꝓpugnaculū recipiētes latrimolus & Enguerrād⁹ bournouillus cūcta quæ essari erant prædātur & exportāt. Præhēsionis essari causas burgūdus in vulgus disseminat: illū regiis officiis abusum contra leges esse. Monetā diminuisse ex quo furto peculiū sibi ingens diuitiasq; cōparasset. Pulchre equidē in ꝓuerbio galli habēt: canē tum rabidū dicū illū paterfamilias mactare decreuit. Duci ad suppliciū essarus & capite plectit. Obtinuere tñ amici vt sepulchro inferretur quod apud diui Maturini Parisiēsis ędē iuxta primariū altāre visitur. Nec satis fuit. Burgūdo Iacobū riuerium equitē nominatissimuз in vinculis interiisse vel (vt creditū est) trucidatū esse nisi etiā mortuo caput fuisset amputatū. Necat⁹ est præterea petimenillus ex ducis aquitani familia genere illustris. In nobiles quoq; fœmias quę reginæ famulabātur carnificum sęuitia grassata est: burgūdo auctore: cui maxime assentabatur Iaqueuillus publicā administrationem affectans. Sed hæc flagitia nō ferentes Henricus de mala primus parlamenti pręses: & iohannes iuuenellus aggregata sibi ciuiuз non imbecilli manu: regem dalphinumq; adeunt manifestantes præsentis temporis iniquā conditionem: necis plena omnia esse. Apud perditos homines regnum atq; imperium extare. Magistratibus tantuз licere: quantum illi permitterent: ducē Aurelianū vernone cum suis in armis esse: qui concordiā bonis legibus non recusaret. Periculis nisi occurratur rempublicam pessum breui ire. Præsidentis oratione excitus dalphin⁹ ducibus Biturige & borbonio accersitis: vna cū populo qui ad eum conuenerat egressus: familiam a se abductam & reginę fœminas recusante burgundo vinculis emittit. Carnifices autem dalphini potentiam metuentes hac atq; illac dispersi in burgundi terras perfugerunt. Nec

Essar⁹ necatur cuз aliis.

cunctatus dalphinus aurelianũ ducem ad se vocat. Quod postq̃ burgundus accepit: veritus ne aduenieñs hostis de paterna nece iudiciuȝ postularet: ciuitate abire constituit: explorás quo id modo sine suspitione facere posset. Itaqȝ per Carolum sauésum regi admodũ familiarem regem venatum in bondissum saltum educit: quo cũ & ipse pergẽs animũ induxerat in picardiam regem traducere. Sed stipatus rex magna parisiẽsiũ ciuium manu abduci nõ potuit: atqȝ ita burgundus per compẽdium suessionẽqȝ iter faciẽs presidiis impositis arthesiuȝ petit. Interĩ aurelianus adueniens parisii hibernauit: cui se belli & pacis socios ludouicus siciliȩ rex & dux andegau⁹ coniũxerũt: remissa burgundo filia quam Ludouici filius desponsauerat. Et quo amicitiȩ arctius vinculũ esset: Carolus regis filiorum quartus Mariam andegaui filiam accepit vxorem. Principibus mutua amicitia conciliatis: rex compendium quod a burgundo præsidio tenebatur: recepit. Inde Suessionẽ ducens: quia (dum ciuitas oppugnatur) Nothus quidam ex borboniorũ familia sagitta iugulo ictus interiisset: Suessio in prædam militi data est. Nec ab ecclesiis tẽperauit furor militaris. Suessione direpta Carolus laudunum se contulit. Quo niuernẽsis comes burgũdi frater adueniẽs regi fidẽ dat: nullo tẽpore suppetias laturũ fratri. Profectus inde rex ad sanctũ Quintinũ viromandorũ validissimũ oppidũ nuncium accipit de burgũdorum aduentu: quos iohannes adȩ attrebatũ venire iussisset aduersum quos prodeuntibus barri borboniiqȝ ducibus cũ Alenconii atqȝ armygniaci comitibus: Captis inter fugandum aliquot burgũdis & guydone de barro: reliqui tandẽ attrebatũ peruenere. Quo rex mouens obsidione attrebatum circũcingit. Demũ per hollãdiȩ dominã quȩ Burgũdi soror erat reb⁹ compositis: rex parisiũ remeauit. Eodẽ tempore apud cõstantiã rheni ciuitatẽ synodus vniuersalis habita ẽ. Vbi iohãnes vigesimustertius ob crimina sibi obiecta in insula

Suessio diripitur.

Attrebatũ obsidet

regē intueri: quē & hostes vlturū/& sua repetiturū spabāt. Eniuero mediolanēsiū ducat⁹ supra aliquot ānos a morte philippi q fuit ex vicecomitū familia vltimus mediolani pīceps & anno salutį.cccexlvij.supra mille e vita migrauerat/ad aurelianēsiū ducē Ludouicū hūc potissimū iure ptinere cōstabat. Itaq₃ philipp⁹ sororē habēs valētinā hāc ludouico q regį caroli sexti frater/& aurelianēsiū dux erat vxorē tradit: data illi in doteʒ astēsi vrbe: quā nihilominꝰ tradere licet a carolo fuisset sępenūero admonit⁹ tā diu recusauit: donec rerum necessitate adduct⁹ spe auxilij a carolo ipetrādi: illam raynaldo drēsnēsi caroli regis pfecto (q ppterea miss⁹ erat) restituit. Qua a raynaldo recepta: sequēti pxima nocte philipp⁹ febre & alui pfluuio interijt. Raynald⁹ aūt tāetsi duob⁹ tm̄ armatoꝝ millib⁹ istruct⁹ hastā teneret: postq̄ de philippi morte certior fact⁹ ē: simulq₃ intelligit mediolanēses cōsiliū cape dn̄m ne quēpiā admitterēt: an in libertatē se asserētes rē suā paucoꝝ moderatiōi cōmitterēt: dū occupare alexādriā cupit: nonnulla agri illi⁹ loca vi obtiet diripitq₃: donec repugnātib⁹ boscēsib⁹ q ad alexādrinos ptinēt/cū illos ptinaciter obsidet: mittunt a mediolano milites/ q raynaldū multis frācis pti captis parti occisis exuperāt: & victū in alexādriā ducūt. Fuit alexādrinorū in captiuos ferina crudelitas. ¶ Eodē tpe insurgētib⁹ p frāciā diris factionib⁹ & rege p tpis interualla mēte capto a mediolanēsi bello cessatū ē. Erat frācisc⁹ sforcia vir animo & ope militaris q blāchā mariā philippi filiā vxorē duxerat. quā ex agnete nobili maynę stirpis fœmina philipp⁹ illegitimo thoro genuerat. Eā ob rē frācisc⁹ mediolanēsem ducatū occupare cōtēdēs: depulsis venetį qui aliquot vrbes in ea regiōe tenebāt ducatū occupat recepto vniuersi mediolanī agri dn̄io. Ad quā rem magno vsui fuit renat⁹ andegauorū dux/ qui collecto ex

frãcis ad bellũ siciliẽse milite frãcisco se cõiũxit: vt qe-
tis aliqñ mediolanensiũ reb9 eius copijs in rem suam
vteret. Itaq3 postq̃ man9 gallica ad frãciscũ venit: põtẽ
vicum (ad oliũ amnẽ põte facto) circũuallat: vbi exar
dens in expugnatione francorũ furor: miserabilem in
oppido cędẽ/incẽdiumq3 excitauit. Quod cũ restingui
facile nõ posset totũ oppidũ q a venetarũ partiũ erat/
permittẽte francisco conflagrauit. Hęc clades ad fini-
timas ciuitates delata/miro terrore incolas pculit: ita
vt ad sua iã mœnia stare gallos existimarẽt. Hinc Cre
mona/mox brixiẽsis ager: & q̃ i mõtanis sunt oppida
atq3 arces/octauo post põtisuici excidiũ die Francisco
paruerũt. Atq3 inde succedẽtib9 pspere reb9/ mediola
nẽses frãcisco se pmiserũt. Tã vtilis fuit illi galloꝝ ani
mus ferox. Sed itali scriptores crudelitatẽ appellant/
ppterea q ital9 miles stipẽdia faciẽs hostiũ spolia ma
gis q̃ belli finẽ velit. Francisco liberi q̃ttuor fuere: ga-
leaci9/Philipp9/Ludouic9/Ascani9/ ipse itercute mor
bo interijt. Galeaci9 successor ab andrea lãpugnagno
in diui stephani tẽplo apud mediolanũ occidit: relicto
filio galeacio. Quem patru9 ei9 ludouic9 sforcia vene-
nauit: inuasitq3 mortuo adolescẽte ducatũ ad hos vsq3
dies/cũ ludouic9 rex bellũ tyrãno indixit. ¶ Superat
igit mẽse augusto alpib9: cũ astã copię puenissent: duo
in alexãdrinis oppida: quorũ alteri Non: alteri roqua
nomẽ est expugnata diripiunt: soloq3 æquãtur pręter
Roquæ arcẽ q̃ in edito loco sita aditu difficillima ẽ sed
tñ incẽsa. Mox in alexãdriã itum/ductore Ianiacobo/
q a ludouico sforcia ob male a tyrãno administratã rẽ
publicã ad ludouicũ regẽ se cõtulerat. Tenebant alexã
drini firmo sforcianoꝝ psidio. ideoq3 acerrime primo
impetu se tuẽtes summa difficultate expugnari potue
rũt: donec e muro Galleaci9 q vrbi pfect9 erat se prori
piẽs ad sforciã aufugit. Et in eis quidẽ breui tpe subi-

gendis magna non sine nostrorũ incõmodo cædes facta est & pars ciuitatꝭ direpta. nã p̄ter id qd̄ i sforcianorũ fide stare alexãdrini ptinaciter studebãt: addebat illis aĩos vetus odiũ gallici nõis. quod post senonensiũ in italiã irruptionẽ oĩbus fere italis semp exosum fuit nũc illorũ leuitatẽ / nũc crudelitatẽ auariciãq; & libidinẽ exprobrãtib⁹ / q̃si hmõi vitia non maxĩe apud illos regnẽt. Nulla enim re insignior fere sicilia est: q̃ pricipũ q in ea regnauerũt nece. Et cõditor vrbis Romul⁹ fratris sanguine imperiũ est auspicat⁹. ipse deniq; i senatu ab ijs quos cõscripserat p̄res direpť est. Indigna est noĩe crudelis illa fœmĩa: q̃ in patrẽ recẽter trucidatum carpẽtũ quo vehebať aurigã agere coegit. Sed nũquid Tarquiniũ cũ sua oĩ posteritate expulit roman⁹ furor? Proscripsit & cõsules. Corĩthũ ob leuẽ culpam desolauit. Horret anim⁹ sillanę crudelitatꝭ meminisse q atroci impio legiones q̃ttuor clemẽtiã miserabiliter cõprecãtes trucidatas in tyberĩ p̄cipites dedit. Qui prenestinos fide ĩpunitatis data spoliatos armis e cõspectu ciuitatꝭ ad q̃ttuor milia & sexagita iugulauit. Quin & occisorum capita crudelis dictator oculis ei⁹ oblata aspicere p voluptatẽ nõ horruit Nec hũanior existĩari mari⁹ debet / q marci antonij preclari oratoris mensæ appositũ caput manib⁹ p ludibriũ contrectauit. Quis nescit cęsarẽ multis ĩ curia vulnerib⁹ p̄nte senatu fuisse necatũ? Sed ne singula cõmemorẽ: plerosq; etiã laudatissimos impatores ĩsolẽs roman⁹ miles occidit. Simile ĩ alijs multꝭ italię ciuitatib⁹ & regulis legim⁹ / & accepim⁹ nr̃a mẽoria ppetratũ. Gallia aũt semel acceptos reges ĩuiolata fide obseruauit. Sed panygericũ ad gallos: in italos satyrã scribere nõ assũpsi. Perseuerãt ab ortu cuiq; gẽti cognata vitia: q̃ altera alteri ipropet Illud obiter dico extare p italiã gallicę glię atq; maiestatis ppetua monumẽta: qb⁹ ad hũc vsq; diẽ illustrãť

insubres.& p̄claras a gallis ꝯditas vrbes hn̄t. Mediolanū/Comū/Brixiā/Veronā/Bergomū/Tridētum/atq̃ Vicētiā. nōnulli papiā addūt quā a boijs atq̃ cœnomanijs Eutropi⁹ cōditā tradit. Quinimo magnę portiōi italię ꝑdurat gallicū nomē. qđ & ab eisdē & a senonib⁹ galloꝝ ppl̄is iitiū accepit. Extāt alia recētiora galloꝝ nō obscura apud italos gesta: in qb⁹ nō exiguā laudē obtinet Carol⁹ ille magn⁹ francorū rex: q̄ apl̄icę sedis inimicos frequēti expeditiōe vlt⁹ est. Cui⁹ munificentia obrutā ruderib⁹ florētiā restituit. Nec abscondere pōt sicilia q̄ a gallis olim p richardū & tācredū pq̄ andegauorū pricipes ornamēta accepit. Ad quorū gl̄iam accedit appulia atq̃ neapolis vbi visūt magnifica gallicę virtutis argumēta qb⁹ admoneri decebat ingratā ꝓuīciā ne in pulchre meritā de se gentē: pāhormi: pq̃ reliquā siciliā clādestinis cōciliabulis furens crudelitatem nouo exēplo exerceret/p ꝓditionē ausa/ qđ palā agitare sibi metuēs pfidia formidabat. sed ad ꝓpositā narrationem me cōuerto. Alexādria quia astēsib⁹ finitima est ad oēm motū gallicæ vltra alpes expeditiōis p̄miā belli molē sustinere solita/ruinas hacten⁹ suę calamitatis ostēdit. Accepta alexādrinorū expugnatiōe mox papiēses in regis ptātē trāsiere. Quo euētu pmotus vecors sforcia/& de suorū erga se fide dubius: subducere se piculis cogitauit. Positoq̃ in arce mediolañ. ad prę̄sidiū milite: dat nō paruā præfecto pecuniā. ratus arcē q̄ lōge munitissima est annū totum aduersus irruentē francū resistere posse: quo in tpe ipse ad maximilianum romanorū regē (cui suā neptē in matrimonio collocauerat) se recipiens germanorū inde copias educeret. Atq̃ ita cū filio & paucis clam p comū per lacum lariū tridentū ignauus abscessit: vbi a maximiliano rōanorū rege recept⁹ cōuocat(q̄ tertio germanię pricipib⁹ de recupando ducatu auxiliū petit. Fugiēte sfor

Ciuitates in subriū gallis cōdite.

Sforcie vecordis fuga.

cia nõ multo post mediolañ. regẽ admiserũt. Et arcis ꝑfect⁹ idẽ facere admonit⁹ semel atqꝫ iterũ restitit tãq̃ arcẽ sincera fide sforciæ seruatur⁹. Sed auaritię(q̃ lombardis cõgignit)obsequẽs:arcẽ dedituꝝ se promittit: si quã in ea suppellectilẽ ludouicus discedẽs reliq̃rat/ regio dono sibi liceret accipe. Placuit partim conditio & dimidiũ supellectilis ꝑfect⁹ accepit. Decẽqꝫ milibus nũmũ aureorũ a rege donatus est ne diuturna obsidio ne forte labefactãda arx ĩpẽdiosa reparatiõe ĩdigeret. Quę sex validissimis turrib⁹ exurgit q̃s latissima fossa & aqua perẽnis cĩgit. Estqꝫ intra eius arcis ãbitũ altera quã roq̃tã vocãt vix(si defẽsorẽ habeat)expugnabilis Vnde ad tertiũ vsqꝫ lapidẽ sunt subterranei meat⁹tres per quos fieri libera in cãpos eruptio põt. In ea biẽne viaticũ & arma reposita erãt: quot duoꝝ hoĩꝫ millib⁹ instruẽdis sufficerẽt. Et duo machinarũ bellicarũ milia ꝑter q̃ttuor ingẽtes bõbardas tã in priore arci q̃ in hac roqueta repta sunt. vanũ ꝓculdubio & ĩutile in tãta mole munimentũ q̃d meticulosus atqꝫ ignauissim⁹ princeps viso necdũ hoste deseruit & ꝑdidit auar⁹ pręfectus. Igitur rex munitionẽ admirat⁹: vah ĩnq̃t hunc locũ annos multos facile defendissem. Hãc arcẽ frãciscus sforcia condidisse perhibet. ¶ Mediolano cũ arce recepto reliqua regionis oppida cũ castellis vniuersis libera paulopost deditiõe ĩ regis ꝑtãtẽ traducta sunt.

Genuẽses. ¶ Venere ꝑterea genuẽses:quib⁹pręfectũ dedit philippũ rauestanũ materno sibi gñe attinẽtẽ. Venetĳ cremona cũ aliquot ĩsignib⁹ mediolanẽsis prĩcipat⁹ locĳ (q̃a ita ab initio cõuenerat)ꝑmissa.

Turcorum in sultus. ¶ Sub idẽ tp̃s turcorũ classis q̃s auxiliares sforcia adciuerat/a venetĳ gallisqꝫ maxima pte deleta est. Præerat venetorũ classi anthonius griman⁹ inter venetos apprime diues:q cũ victoriã in manib⁹ haberet pusillanimiter agẽs turco non restitit q̃n naupactũ(lẽpatũ vocãt)ĩgressus solo æqua

tuit. Frāci vero salamia nauigātes hostiliter occupaue rūt igni ferroq́ȝ oīa vastātes. Cephaloniā venet⁹ iuasit cepitq́ȝ Turc⁹ forūiuliū iuadēs oīa crudelissime in ꝑdā vertit. Sed a hūgarī & Bernardino comite francpano obsessus hostis fame tabescētibus eqs p iaccessa capris mōtiū iuga reptādo poti⁹ q̄ icedēdo euasit. Interēptis magno nūero q̄s abducebat xp̄ianis captiuis. Tā ꝓspe ra & minime cruenta itra paucos dies habita victoria adducte Italię ciuitates & reguli/legatos quiq́ȝ ad regē miserūt gratulatū reb⁹ ei⁹ ꝓsperis oblatūq́ȝ opē suā: si ea vti placuisset. Fuerūtq́ȝ a poetis ei⁹ regiōis multa ad regis extollētiā carmina honorifice scripta & oblata.

¶ In hac rerū fœlicitate qdā mediocri nobilitate armati licēti⁹ militū more agētes ob stuprū & fœdas lididis vltia (rege mādāte) passi sūt. Fuit his dieb⁹ p gallis pluuiosus aer: & ꝓpter cōtinuos ibres vuę nō maturuerūt Et parisij peste laboratū ē: nō tn̄ diuturna. Priusq̄ i lōbardiā ꝓficisceret̄ ludouic⁹/de normāno scascario (id est cōi gētis normānorū foro) suasu maxie Georgij de ambasia rothomagēsium archisacerdotis hęc statuit Mos erat post rollonis mortē diligēter obseruat⁹ statutis annis scacariū rothomagi īdicere. Ibiq́ȝ ex oī normānorū cōuētu totos tris mēses ius dicere litigatoribus q ad scacariū doleātiā (q̄ noīe ꝓuocatio significat̄) pferebāt. Id tp̄s qa expediēdis iudicijs haud quaq̄ sufficeret: restātib⁹ multis causis qb⁹ patronorum culpa finis dari nō posset. (Patronis ei q cōsuetudinarij a normānis dicūtur/suūq́ȝ a litib⁹ lucrū augutant̄ id interstitiū maxie cōducebat). Edixit ꝓpterea rex scacarij nomē in parlamētū cōmutare: vt nō alternis annorū vicibus: sed ꝑpetuo cōsensu causę in eo agerent̄: iusq́ȝ diceret̄. Igit̄ huic plamento iudices q̄ttuor & cōciliarios cōmu sex & vigiti īstituit. Addidit ꝑterea cācellariā & regiū sigillū Presides fuert̄ Iohēs hebert cōstātian⁹ ꝑsul. An-

Scacarij i plamētum cōmutatio.

thoni⁹ boierus monasterij sctī audoeni abbas: Christofor⁹ de carmona/& Robert⁹ calāge. Cœperūt sedere ī eo plamēto kalēdis octobris anno dñice pietatis q̄drīgētesimo nonagesimonono supra mille. Quo āno tertio idus octobris anna regina fœminā parit. cui claudię nomē inditū est. Et pons nouus apđ parisios secūdo & nonagesimo anno postq̄ cōdit⁹ fuerat: cū vniuersis edib⁹ q̄ pulcherrimo ad vtrūq pontis lat⁹ ordīe eadēq forma atq altitudine sexagita sup extructę erant horā añ meridiē circiter nonā totus cōcidit. Qđ vix existimādū īcōmodū prępositi & scabinorū vrbis negligētia accidisse cōsentanea oīm fama p̄dicabat. Cū enī annuas octingētas libras ex pontis prouentu acciperent pmodicū tñ in eo instaurādo īpendebāt reliq̄ in suū cōmodū reponētes. Nā supiore anno/ędilib⁹ q magistri operū vulgo appellātur/denūciantib⁹ tigna qb⁹ pons nitebaẗ antiquata esse: atq ideo opus esse (veterib⁹ sublatis) alia apponere: negociū distulerāt: donec īminēte prope diē ruina: cū de īstaurando pōte nulla spes eēt: faber lignarius ad cēsorem criminū iohānem papilionē veniens: ruiturū añ meridiē ei⁹ diei pōtē cōstanter affirmat. Quāobrē (asseruato ī custodia fabro) censor ad curiam proten⁹ venit. Quē q intēpestiuius solito accederet (erat enī hora fere septima) Theobaldus bailletus ex curię pręsidib⁹ secundus rat⁹ censorē de captiuis p suo officio aliquid cōsulturū/rogat quid velit Est īquit cēsor aliud miserabile. pons nouus p ximā & nūc instantē ruinam minaẗ. Id renūciare senatui aduenio. Inde theobaldus cōfestim ad senatū cōuersus/dinūciū explanauit. Mox ex senatuscōsulto censor nihil cūctat⁹ oēs pōtis inquilinos migrare iubet. simulq regios seruiētes ad pōtis extrema locat: q trāsituros phibeant. Dū supellectilē quiq suā & merces auferre trepidus festinat: q in ea re tardiores fuerī/ vna cū pōte cor

Pontis ruina.

ruerit. Fuit hęc iactura tū multis inquilinis tū reipublicę parisiorū apprime molesta. Inquilini domib⁹ mł ctati/& quos ꝑcario aliena domicilia subire oportebat sua dāna ꝗrebant. Plebs tanto accepto icōmodo in rectores tumultuari & furere timebat. Qđ ne accideret: ꝑlamēteus senat⁹ prępositū mercatorū iacobū pedē ferreū & scabinos cōfestim accersiri & i custodia apud regiū palatiū seruari iubet. In q̄s iudiciū ferre nō pri⁹ voluit q̄ de pn̄ti fortuna regis sn̄iam explorasset. Pręnūciabāt ruinā īgētes in ędib⁹ rimę/& in trabiū tignorūꝗ cōmissuris hyat⁹. Et pauimētū fatiscere cœpit: moxꝗ nō sustinētib⁹ tantā molē veteranis tignis: pauimētū primo reliq̄ īde oia quæ ponti hęrebāt ī semet ꝓna & tanq̄ sibi occurrētia miro fragore ꝓlapsa sūt simulꝗ tāta puluerū nubes aerē obscurauit: vt nihil eēt vidētibus ꝑspicuū Sistit seq̄na suos fluxus: & sursum nō sec⁹ ac si cataractis fuisset cohibit⁹ refluxit. Puellę enī quędā dū ad glatiniacū paulo supra pōtē pannos abluunt altera fluminis restagnatione correpta extincta ē. Altera fluctib⁹ ꝑualens enatauit. In cui⁹ obligat⁹ infans in summā aquā emergens (adnauigātib⁹ q in flumine cū lembis erāt nautis) ꝑiculo liberat⁹ est Vnus ex ijs q quotidiano q̄stu operas suas locāt. dū ex quadā domo magnū sagittarū atꝗ telorum fascē efferēdū ab opifice desūpsisset: ipse vna cū fasce clitellis ad humeros ī posito in flumen collapsus/nullo vulnere ꝑterq̄ parua cutis derasione offensus nautarū ope eripit. Alter vbi dissolui pauimētū aīaduertit: ad posteriorē ędiū suaꝝ fenestrā raptim cōscendens: cū nandi perit⁹ eēt: se deiecit in amnē: atꝗ euasit incolumis. Tā vario euētu alijs salutis: alij nō admodū multi ruina attriti perierunt. Eius pōtis longitudo septuagita passuū & pedū quattuor. Latitudo octodecim passuū erat. Sustinebat secū dū aluei latitudinē decem & septem tignorum ordini

bus. Singuli ordines tigna trigita cõtinebãt. Quodq̃ tignũ paulo pl⁹ pedis crassitudĩe cũ eẽt: duob⁹ & q̃dra ginta pedib⁹ lõgũ erat. In eo põte deambulãtes cũ nul la parte aspici flumẽ posset: i cõtinẽte se eẽ: & in nũdi nis diuersari reputabãt. itaq̃ tãta ibi opificũ atq̃ rerũ venaliũ copia & varietas erat: tã preterea equalis & spe ciosa domorũ facies: vt ĩter publica regni frãcorũ ope ra id est nõ iniuria primariũ dici potuisset.

De põtis ruina apd parisios

De huius pontis casu hoc epigrãma condidi.

Ne longa dubius titubes indagine rerum/
Quid sors forte ferat/ aut q̃ sit casibus autor.
Argumenta patent plus solis lampade dãni.
Nõ fato cecidit/ non ictu fulmineo pons.
Nec mala portendit dirus presagia casus.
Pretor & edilis/ & stipes debilis euo/
Pontis cã fuit miserande infausta ruine.
Qua sexaginta flumen desorbuit edes.
Matresq̃ & teneros violentus sequana partus.
Et famulos pariter seuo torrente vorauit.
Mole ruinarum stagnauit gurges/ & vnda
Retro flexit iter/ donec prestantia rupit.
Alueus indignans sibi dudum peruia claudi.
Et se terrifico prouexit murmure fluctus.
Obruta nũc saxis/ nunc tignis vndiq̃ trita.
Corpora mersa latent. & piscibus esca manebunt.
Crispini festum dicent insigne nepotes.
Tam tristi clade/ quam mœsta lutecia plorat.
Quingentos nostre post annos mille salutis/.
Dimidium cicli si vis subducere solis.

Mediolanẽsiũ ordinatio.

Inter hãc pisiorũ publicã calamitatẽ rex Mediolãi agẽs ad ordinãdã isubriũ rẽpublicã animũ itẽdit. Quã a sforcia vehement vexatã grãdi tributo leuauit. Nã ex ãnuo vectigali mille sexcẽtorũ octo milliũ sexcẽtorũ octogita sex librarũ turonẽsiũ q̃ sforcia exigebat: rex

sexcēta & vigīti duo milia & qngētas libras tm̄ accipe cōtēt⁹: p̄sidia munitiorib⁹ locis iposuit. Cōmissaq3 in p̄mis ianiacobo p̄maria ducat⁹ gubernatiōe illū medio lani ī palatinis ędib⁹ hītare iubet. Quētino scoto roq̄stā ꝯmittit/ eiq3 ducētos pedites frācos & totidē scotos attribuit. Maiorꝫ arcꝫ custodiā dn̄o de scepeio mandat cū q̄drīgētorū militū frāci sāguis & leuis armaturę p̄si dio. Ianuēsib⁹ rauestanū. Sauonēsib⁹ yuonē dallegre p̄fec. Palatio vrb iohēs de sctō symōe: castelleto qd vrbi Ianuę eminet guyon⁹ regꝫ admirald⁹ p̄ponit. Castellis aūt & īsigniorib⁹ oppidis q̄ etruriā vers⁹ mari ligustico adiacēt / frācoꝝ atq3 suitēsiū p̄sidiū collocauit. Ad hūc modū ꝯpositꝫ p īsubres reb⁹ rex ī frāciā mēse decēbri reuertit. ¶ Pręstolabāt trecꝫ regꝫ aduētū guillerm⁹ Iuliaci iuliaci & Carol⁹ gheldriæ / duces. qb⁹ erat de īsignib⁹ fe ducis rox ꝯtētio. Indignabat ei iuliac⁹ / carolū vicinū sibi du aduēt⁹. cē eadē q̄ ipe gestabat īsignia vsurpare relictis maiorū suoꝝ īsignib⁹: ducē īsup iuliaci se nūcupe: nec resipiscē q̄uis sępenūero fuerat ne id faceret admōit⁹. Vn̄ crescēte īdignatiōe q̄ par pari cędē recusabat res armis cœpit disceptari digladiatūq3 ē m̄ltū acerrime. Et iuliac⁹ qdē oppidū arcklēs qd ī planicie & loco siluestri situm munitissimū carolo ptiebat cepit. Cōuenerat igit tādē ad frācoꝝ regē de ea ꝯtrouersia referre: vt qd ille arbitraret id litē dirimeret. Quāobrē p̄fectꝫ aureliā ducib⁹ & cā diligēter agitata: Carolū gheldrię iuliaci ducꝫ īsignib⁹ abstinē p̄nūciat. Oppido vero arcklēs iuliacū cędere: & illd carolo restituē decernit. Vsusq3 digna rege munificētia q̄ttuor milib⁹ nūmū aureoꝝ iulliacū donat / ꝯstituta īsup ī annos singl'os pēsiōe. Comitabant iulliacū ducē tū plurimi tū viri illustres Phılippus de vernebergh. Guillerm⁹ de vualdech comites. Guillermus de renēbergh baro īsignis. Dn̄s iohēs nagel ecclę mōasterien̄. canōic⁹ & diui iohis osnaburgen̄. p̄posit⁹.

Crato de myle̅dūck eu̅s aurat⁹.Iohe̅s palāt devvilde̅bergh.dn̄s Rob̄t⁹plette̅bergh Godefrid⁹ hāsseler iuuenis gn̄os⁹.que̅ suo℞ aulico℞ nūero rex ascripsit. Reliq̄s vel pulchro mūere/ vel annua pe̅sione honestatis. ¶ Cōparata hoc pacto ītra duces amicitia/rex lochias ꝑfect⁹ est. Carol⁹ gheldri⁹ molinū: Iuliac⁹ parisios petit. ¶ Vbi dū honoris cā regiū senatū īgressus cōsedit: Iohe̅s Couard⁹/primari⁹ p̄ses/ ī mercatorū p̄positum/ scabinosq̄/de qb⁹ supra a nobis dictū est / sn̄iam tulit. Pecunia eī ꝓut quis eorū neglige̅ti⁹ magr̄atū gesserat mltat⁹ e̅: oe̅sq̄ officio amoti: ita vt īqlino℞ q̄ pōte̅ īcolebāt/ īcōmodū & iacturā(dāni ęstimatiōe p̄habita) cōpe̅sare̅t. In reliquos q̄ extra ordine̅ erāt: & supra aliq̄t annos scabinatui prefuerāt: q̄ ımine̅ti tā diu ruinę nō occurrissent pœna indicta est. q̄nto idus Ianuarij. Anno christianę religionis. M.cccc.xcix. Peroratio.

Aec sūt q̄ ex ıge̅ti frāco℞ annaliū aceruo delecta ad cōpe̅diū deduxi duce̅to℞ supra mille āno℞ curricl̄a cōplexus. Legat pi⁹ lector cui hęc forte ꝯueniet. Sin min⁹: iustis salte̅ gaguini in rēpublicā laboribus non detrahat.

Additiuncula de rebus post obitum domini Gaguini pręclare gestis.

Acten⁹ Gaguin⁹ nr̄. Que̅ si fata virū nobis ꝯseruasse̅t: nō tacuisset īsignis victorias: nobil' triūphos: atq̄ iclyta & xp̄ianissimo & īuictissīo r̄ge digna Ludouici duodecimi frāco℞ reg ge sta. Nō īquā tacuisset q̄ta dexteritate Ludouicū sforciā ducat⁹ mediolanen̄. īcubatore̅ ī vicl̄a cōiecerit: & fre̅m ei⁹ Cardīale̅ ascaniū ope veneto℞ captū ditiōi suę addictū hūerit. & cleme̅tissime ac e̅t pulcherrime donatū remiserit Neq̄ nō scripsisset q̄ta virtute neapoli rurs⁹ expugnatā recepit: Turcasq̄ ꝓfliga

uerit: & quãta mortaliũ pfidia gallus neapoli facessere coact⁹ sit vt facile obstruxerit illi⁹ ora q de gallis expulsis poemati suo triũphũ iscpsit: q(si virũ nosco) meritas temeritatis sue poenas fausto Andrelino poete regio / ppediẽ dabit. Neq3 vero silẽtio pterijsset cũ q̃ta festiuitate: splẽdore: fauore & vere amicitie testionijs philippũ austrie archiducẽ i hispanias pficiscẽtẽ & redeũtẽ ãplex⁹ sit. At ne id qdẽ idictũ aut illaudatũ reliqsset: quãta pietate / quãta põpa & regij sanguis stẽmate longa serie ducto idẽ piẽtissim⁹ atq3 iclytissim⁹ regũ Ludouic⁹ duodecim⁹ ossa & cetas optimi pris sui Caroli ducis Aureliãi reliqas e Blasiano monumẽto pisios trãsferẽdas: & maiorũ suorũ Mausoleo(qd ibidẽ apd Celestinos hñt isignissimũ)sub sacro q̃dragesimalis ieiunij tpe: ãno dñi. MDV. apponẽdas curauerit: vt taceat vanissim⁹ ille chronicari⁹: q i supplemẽto chronicarũ(Sic ei iscribit op⁹ suũ)nõ ẽ verit⁹ tã laudate vite ducẽ: tãq3 anxie iustũ virũ mẽdacit asserere ob demerita apd parisilios vltia supplicia luisse. Vt nõ sit sũmope mirãdũ si de prisci reb⁹ mlta mẽtiti sint historiographi: cũ res pñtes & q̃ sub oclis viuẽtiũ adhuc versant tã aptis iuertũtur mẽdacijs. Fuerit aũt regij mũeris vt q̃ pietate cineres pñnos mlta iã pace repostos trãsferẽdas curauit: innocẽtiã pñã vidicet: & opis illã ptẽ si nõ mũdo(qd tñ p sũmi põtifici authoritatẽ illi q̃ facillimũ fuerit)at regno suo exterminet. S3(vt finẽ faciã)neq3 Gaguin⁹ nr opi suo iuidiss3 faustissimas & auspicacissimas nuptias sũma prudẽtia regi & toti⁹ regni imo celi auspicio celebratas p venerabilissimũ dñm Georgiũ de ãbosia: cardialẽ & ab latẽ sũmi põtifici legatũ iter frãciscũ Valesij ducẽ nobilissimũ & regni hrdẽ: atq3 Claudiã vnicũ regni specimẽ & vnicã regi regieq3 filiã. Verũ qa de tãtis reb⁹(vt de Carthagie cẽsuit Salusti⁹) osulti⁹ fuerit tacẽ q̃ aut parũ aut frigide dicẽ(pfti cũ pauli Aemilij viri

disertissimi & authoris grauissimi nõ interitura sint q̃ q̃tidie scribit monimẽta) verbũ nõ amplius addo.



¶Recitatio aliorũ de pugna morinensi.

CAeterũ qa polliciti sum⁹ q̃ ab alijs de pugna apd̃ morinos gesta scripta sũt ĩ mediũ adferre ea sũt hmõi. Maximilian⁹ austrię dux cũ eq̃tib⁹ suis & magno peditũ p̃serti flãdrinoꝝ nũero aciei frãcoꝝ debite ĩstructę obuiã ꝓcessur⁹ e munitione sua (qd̃ pcũ vocãt) erupit: relicto tñ ibidẽ ꝓ custodia sarcinarũ & ꝯmeat⁹ valido p̃sidio. frãci aũt maximiliani p̃maꝫ aciẽ magnanimit̃ excipiẽtes pauloq̃ꝫ post aggressi cędẽ magnã faciũt & q a pte maximiliani stãtiũ fugę se dederĩt eq̃s frãc⁹ Aeriã vsq̃ꝫ psecut⁹ ẽ. Interea validũ p̃sidiũ morinoꝝ erũpit & mũitiõeꝫ ad custodiã sarcinularũ cõmeatuũ & rerũ p̃ciosaꝝ ĩterrũpit: cęsis pmĩtis: captis nõ paucis: & direptis spolijs. Quib⁹ attẽtis cũ flãdrini pedites fugę sese accĩgerẽt comites d̃ Romõte & de nassau: eos fortit̃ animãtes acie bono ordĩe ꝯposita retinuerĩt: ĩ ei⁹ medio ducẽ cũ nobilib⁹ eq̃tib⁹ ꝯstituẽtes. Supuenit ãt Philipp⁹ desquerd⁹ regi⁹ ĩ eo p̃lio vicari⁹ cũ ĩgẽti exercitu eq̃tũ necnõ octo miliũ frãcoꝝ sagittarioꝝ peditũ: q copias maximiliani ter aggress⁹ irrũpe nõ valuit: fortit̃ tuẽtib⁹ se flãdris: & subide erũpẽtib⁹ ñ sine frãcoꝝ strage. Stabãt ãt seorsũ biptito agmĩe franci sagittarij circit̃ octies mille q pti machinis maximiliani g̃uiter q̃tiebãt: pti ad p̃dã sese accĩgebãt: ĩtelligentes munitionẽ ac vallũ seu castra ĩ q̃b⁹ sarcinę flãdroꝝ erãt a frãco eq̃te expugnata: q̃circa se victores rati & ĩ p̃dã ĩprudẽti⁹ irruẽtes a p̃fatijs comitib⁹ de Romõte & de Nassau s̃t ĩtercepti & velut oues apd̃ Guinegatã trucidati. Itaq̃ꝫ ab exordio hui⁹ ꝯgress⁹ ex frãcis & Burgundis q̃ttuordecĩ milia desiderata mẽoranĩ: ĩter q̃ p̃fect⁹ Beluacẽsij & p̃tor Rotomageñ. cęsi sũt. Nec cõptũ habeĩ vtrũ de frãcis an de Burgũdis p̃les ceciderit. Venere tñ viui ĩ man⁹ ac vincula frãcoꝝ septingẽti fere bur

gũdi:inter q̃s nõ poloniȩ reg filiꝰ (vt q̃dã dixerũt) sed dñs de polẽ nobilis admodũ & alto loco natus eq̃s ex austria fuit. Reꝝ cũ anceps p̃liũ fuerit: victoriã eq̃tum frãc & peditũ burgũdis nõ iiq cẽsores attribuũt. Finis

¶ P. Fausti andrelini forolíuẽsis poetæ laureati ac regij in amplissimo gymnasio Parisiẽsi oratoriã ac poeticam artem ꝓfitẽtis in gallicas hystorias ab eruditissimo Roberto gaguino æditas Carmen.

Vt nitidos totum radios diffundit in orbem
 Cum titan puro splendidus axe micat:
Hystorijs sic galla tuis monumenta relucent
 Exculte ac breuibus clare Roberte sonis.
Grandia milleno quis tȩdia voluerit anno
 Quæ rudis immenso codice massa parit?
Gallia q̃ debet regalibus inclyta gestis
 Tam debent scriptis regia gesta tuis.

¶ Herasmus Rotterdammus Roberto Gaguino viro vndecunq; doctissimo Salutem dicit.



Vod frãcoꝝ regũ pricipũq; res gestas: idonei scriptor desiderio: hactenus in tenebris ꝓpe sepultas pedestri hystoria ĩ lucẽ efferre atq; ĩmortalitati ꝯsecrare ĩstituer Roberte gaguine p̃cipuũ gallicȩ academiȩ decꝰ nõ possũ eq̃dẽ istũ tuũ laborẽ nõ magnope ꝓbare. Sũpsisti eñ (imo potiꝰ suscepisti) munꝰ (mea s̃nia) pulcherrimũ: & cũ oĩbꝰ latinarũ lr̃aꝝ studiosis: ĩcredibili voluptati futurũ: tũ vero gallíæ tuȩ splẽdidũ ĩprimis. magnificũ ac (vt ita dixerĩ) triũphale: deniq; tua doctrĩa: tua eloquentia: tua pietate dignissimũ. Neq; eñ vlla te alia cã (q̃ñq̃dẽ neq; q̃stꝰ neq; glr̃æ vel leuis vnq̃ tibi habita rõ est) ad istud negocij capessẽdũ ꝓuocatũ eẽ facile crediderĩ: q̃ singulari ĩ patriã pietate: quã & tu: & optimꝰ q̃sq; semp fecit maximi. Dolebat nimirũ tibi (qd̃ ego q̃3 mecũ interdũ mirari soleo) galloꝝ virtuti glr̃iam tã maligne r̃ndere:

& q olī cū italis factꝭ sępe ꝯtēderit: nūc ēt ꝓcesserit: eos
tñ ob hystorici pœnuriā opiniōe ac fama tā lōgo inter
uallo ꝯseq. Dabūt itali mihi veniā: si nob̄ idē videt̄: qđ
frācīscū philelfū italū natū ñ puduit fateri. Extat eī il
li⁹ ad carolū regē octaui (opinor) auū epl'a: in q̄ pręter
multas laudes qb⁹ frācię regnū ꝓseq̄t: illud q̄₃ īgenue
fatet̄. Rōanos qdē olī pacꝭ belliq₃ artib⁹ lōge oi₃ āplis
simū sibi pepisse īperiū: ꝓterea nō segni⁹ īgenijs: q̄ p̄us
fecerāt armis cū grecꝭ cōtēdisse: veꝝ antiquā illā īperij
gloriā: factiōib⁹ ac studijs prauis in deteri⁹ ꝓlapsā eē.
Cōtra vero frācię regnū: prudētia regū: pricipū fide: ci
uiū ꝯcordia: eousq₃ creuisse: vt iā facile cū q̄uis alio xpi
ani orbis ipio possit cōtēdere/vel opib⁹/vl' ipꝭ finib⁹
vel rerū gestaꝝ magnitudie/vel regū nobilitate: quos
plurimos habuisse cōstat nō fortissimos mō: verūetiā
piētissimos. Quapropter in h° regno nō iniuria: senat⁹
xp̄ian⁹ cōtra turcorū violētiā potissimū atq₃ vnicū p̄si
diū sibi collocasse videt̄. Sed tñ vnū quiddā adhuc tāti
impij maiestas desiderare videbat̄. Cætera vel par vel
nō iferior. Liuio atq₃ Salustio vicebat adhuc italia. nā
(vt scite cecinit Horati⁹) regū ducūq₃ bñ gesta: q̄tūuis
alioqn ꝓclara: aut intermoriant̄: aut obscurēt̄ ętate ne
cessum ē: nisi hystorici eloquētꝭ opa lr̄is (vnicꝭ rerū cu-
stodib⁹) cōmēdent̄: pinde glr̄a apud posteros valitura
atq₃ is q scripsit īgenio valuerit. Hāc tu supmā ꝓuīciā
disertissime gaguine: tanq̄ fatꝭ tibi seruatā: velut alter
Scipio sūmo oīm applausu suscepisti: difficillimā pla-
ne atq₃ imēsi negocij sed tñ robto prorsꝰ aptissimā. Qui
ita credā rogas? Cū multꝭ de causis: tū duab⁹ potissimū
ita mihi videt̄. Duo sūt eni ꝓcipua q̄ i hystorico ꝓbato
q̄ri solēt. Nēpe fides & eruditio. nā vt scriptorꝭ leuitas
verꝭ q̄q₃ nōnunq̄ fidē abrogat: ita & grauitas hystorio
graphi p̄uata auctoritate reb⁹ ipis fiduciā quādā adde
re solet. Vt itē narratorꝭ īpitia (vt fidē faciat qđ nę ipm

qdē pōt) tñ res plerūq; p se sat illustres obscurat: imi-nuit: deturpat: ita docti scriptor ingeniū obscura illustrat: hūilia eleuat: splēdidis lucē quādā ac dec⁹ appōit Qm̄ vero & fides & eruditio: vtraq; tāta ī te sūt quāta ī alio nemie: nēo ꝓfecto fuit isti mūeri aptior: vel istud mūer nemini fuit apti⁹ q̄ tibi vni: q posses & ꝑ singłari tua grauitate fidē facere; & ꝑ nō vulgari eloquētia rē adornare. Iā facile suspicor hūanissīe gaguíe te subira sci herasmo tuo: q laudū tuaꝝ vł tātillū ausim attigē. Neq; eni me clā ē q̄ modesto / q̄ pudēti (ne dicā putidulo) sis īgenio ꝑdit⁹: qppe q amicā ēt laudatiūculā multo molesti⁹ ferre soleas: q̄ qspiā ali⁹ ꝯuitiū ferat. Sꝫ obsecro te dato hāc veniā meo ī te amori: vt q̄ passim oēs ꝑdicāt: fas sit ēt amico meminisse. cui eī tuoꝝ īcredibił vitę tuę: morūq; ītegritas: īnocētia: ḡuitas nō ē spectatissīa? Vbi gētiū nō ꝑdicata? Adeo vt nō mō de script: sed ne de dictis qdē gaguini vlla possit īcidere suspicio vanitat. Adde q̄ cū oēs norit: te frācos reges tuo merito sēp fecisse plurimi: serijs ī reb⁹ opa tua pleṗe vsos te regijs archanis cōsilijsq; sæpenūero accitū. te regio noīe cū apd̄ diuersas gētes: tum apd̄ italos crebra legatiōe fūctū eē facile cōijciūt. te vnū galloꝝ gesta: & ṕsca curiosi⁹ relegisse: & recētiora explorati⁹ vestigasse. De eruditiōe porro tua qd ego cōmēorē? Ipa (qđ aiūt) abseūte se ꝑdicat. Testis abūde ē hꝰ celebratissimū gymnasiū vrbis parisiæ: cui⁹ tu florētissīa alioqn studia ṕm⁹ latinarū lraꝝ opib⁹ decorasti: pulcherrioq; īcremēto eloquētię: quā vnā adhuc desiderare videbanł adauxisti. Ipa test ē italia: q̄ te sepenūero maximis de reb⁹ grauissīe differētē audiuit: non sine stupore: imo fortassis nō sine dolore: q̄ (vt de cicerone dixit appoloni⁹) eloquētiæ laudē quā vnā adhuc sibi ꝓpriā habuisset: videret p te gallię cōem fieri Testes sūt lratissimi qq; nrę mēorię scriptores: q certati vno ore oēs tuū igeniū ꝑdi

cãt/ efferũtq;. Quorũ nulla ꝑpe pagina ẽ: q̃ sibi gaguini nomẽ nõ habeat. Testes dẽiq; sũt vel locupletissimi ꝓsul ãplissime/tui libri q iã p orbẽ dissemiati passim sũma cũ studiosorũ voluptate lectitãt. In qb⁹ oib⁹ tãetsi vel orõne soluta vel carmĩe: nõ erudit; solũ: verũetiã; curiosis aurib⁹ abũde satisfacias: i isto tñ scripti gñe. i. i hystoria (si q̃d vltra crepidã sutori pmittis) singularẽ quẽdã ac mirificũ artificẽ ꝓstare videri: atq; i cęteri qdẽ plurios i hystoria teipm supasse. Tãta ẽ fmõis puritas elegãtia Salustiana: fœlicitas Liuiana: sũma luculẽtia varietas iucũdissima: i cõsiliorũ/rõnũ/ tẽporũ/ ꝯmoditatis/dignitati/ ac cæterorũ id gen⁹. q̃ doctũ hystoricũ arguũt: obfuatõe singulare artificiũ. Tãta ẽ narratiõis viuacitas vt res geri ñ narrari videat. Neq; vero deest dulci q̃dã breuitas: q̃ hystorici vt rara ita gratissima lectorib⁹ ẽ. Nã bone de⁹ q̃ vastã rerũ siluã: q̃ breui volumine: q̃ absolute ꝯplecteri: & ꝓlixe breuis & breuit̃ ꝓlix⁹? Cui igit̃ nõ ꝑclare cũ gallicis reb⁹ actũ videat: cui talis ꝑco ꝯtigerit? Alexãder ille magn⁹ cũ ad Achillis sepulchrũ pueniisset O te fortunatũ (inq̃t) achille: q homerũ tãtũ poetã laudũ tuarũ ꝑconẽ sortit⁹ sis. Et quis frãciã q̃; nõ fortunatissimã cẽseat: q̃ robertũ suarũ laudũ ꝑconẽ optimũ nacta sit? Quid illi superũ benignitate ꝓstari potuit/pulchri⁹/magnificẽti⁹/ diuini⁹. Nihil ꝑfecto neq; tu gaguię doctissie. isignẽ tuã erga patriã pietatẽ grauiore prorsus argumẽto potuisti declarare Quæ tãetsi ãtea q̃; plurimũ tibi deberet vt quã latinis mercib⁹ pm⁹ ditasses/ h̃ tñ inestimabili bñficio adeo deuinxisti: vt quãtã vis habeat: parẽ tñ nũq̃ sit grãm habitura. Quæ eñ statua: q tituli: q̃d monimentũ valeat isti⁹ bñficij magnitudini rñdere? Prisci illi maiores suos q vel iperiũ parassent: vel auxisset rẽpublicã: vl̃ aliť de patria bñmeriti eẽnt. solebãt diuinis afficere honorib⁹: titulis i ęs icisis honorare: statuis donare aureis:

At q lōge p̄stāti⁹ ē: maiorū gloriā ab ortu ad occasum vsq̧ ,ptēdisse: q̄ agroꝝ limites extēdere. Min⁹ ē saxea mœnia: ædesq̧ vrbanas ab īcēdio tueri: q̄ optimoꝝ regū ac ciuiū gloriā ab īuidis obliuionib⁹ (sic ei appellat Horati⁹) & interitu vīdicasse. Nō paulo magnificēti⁹ mihi videt̄ patriā optimis lr̄is auxisse/locupletasse/decorasse/q̄ spolijs/q̄ exuuijs/q̄ cerꝫ/q̄ id gen⁹ monimētꝫ phalerasse. Nullæ ei tabulæ/nullæ ceręę: nulla nūmismata: nullæ statuæ: nullæ piramides: neq̧ clari⁹ īdicāt neq̧ fideli⁹ custodiūt regū gl̄iam/q̄ hoīs eloquētꝫ lr̄ę. Posthac gallorū gl̄ia/q̄ hucusq̧ tāq̄ āgustijs īclusa delituit: fulmīs īstar emicabit: & gallo qdē cātore: sꝫ (qd̄ pulchri⁹ est) romana tuba decātata oīm regionū aures p̄sōabit. Oīb⁹ illa terris. vrbib⁹. gymnasijs: leget̄. celebrabit̄. cātabit̄. nec gaguini bn̄ficio vnq̄ iterire nouerit immo cū ætate vsq̧ succrescet. Amplectere igit̄ O frācia īmortale laudū tuarū monimētū robertū gaguinū alūnū tuū īmortalitatꝫ tuæ vīdicē. ama. cole. venerare. Nos certe & qbuscūq̧ ægregia studia cordi sūt: te p̄sul amplissime nō amare nō poterimus: p̄ quē id qd̄ ī lr̄aria supellectile præstātissimū habeam⁹: h̄ ē hystoriam adauctū esse cōspicim⁹. Vale dec⁹ litterarū & meū.

¶ Ad Robertū gaguinū ordinis sanctæ trinitatis ministrū gn̄alē. Cornelij Girardi goudēsis Hieronymianæ vallis canonici regularis Epistola in laudem compēdij eiusdē qd̄ de galliæ reb⁹ accuratissime ædidit.



Egi tuū ī hystorias gallię cōpendiū optie pr̄ Roberte gaguine op⁹ (meo iudicio: qd̄ vt tibi nō īmerito apd̄ posteros īmortalitatꝫ nomē afferat: ita & singulis e sua dignitate quū reruꝫ gestaꝝ noticiā: tū militię p̄itiā copiosissime submīstret. Nihil ī eo legi qd̄ vel exp̄ssi⁹ vel luculēti⁹ dici potuit: & qd̄ vel oīm ī hystoria maximi facim⁹: fidē reb⁹ tribuis: ac oīa vt p̄sulta

vt gesta sūt explicas euidēter. Nō tuis nō hostib⁹ tūa pcit auctoritas. ita singulorꝫ vitia & factiōes / ita singulorū virtutes & strategemata ꝓbas vt neqꝫ in exteros odio: neqꝫ amore ī tuos flecti videare. Nulla in te grãe suspicio / nulla simultatꝭ inẽit: q̄ min⁹ q̄ rei veritas postulabat dicere ꝑsūpserꝭ nihil. O aīm itegerrimū. O pectus veri tenacissimū. O virū æqtatꝭ obſuãtissimū / q ꝑ inde turpia atqꝫ ꝑclara oīm faciora / & deꝑmit & extollit: vt nescias vtrū ī ciues an hostes ꝓpēsior habeatur. Nã ī oī hystoriographo nihil vnq̄ magnificēti⁹ / nihil illustri⁹ / nihil dēiqꝫ laudabili⁹ q̄ri pōt / q̄ vt nullo amore nulloqꝫ odio a vero deflectaꝛ. Id ei vel vnū oīm est: in q̄ palmariā sibi crisp⁹ Salusti⁹ nauauit operā: q & teste liuio & nr̄o aurelio / iccirco celebrior: qꝫ cæterꝭ rerū scriptorib⁹ verior æstiēꝛ. Vt ei nihil falsi scriptor fideꝛ intermiscere debet: ita ēt nihil veri qđ nō dicat ꝑtermittere. Hæc ei sūt veluti duo cādelabra qb⁹ oīs hystoria necessario illustreꝛ. Quæ vbi deesse ꝯtiget: nihil qđ nō fumo & caligīe plenū sit repies. Hæ sūt ꝑterea duæ colūnæ q̄ tepli porticū sustētabāt. Hystoriā eqdē meo iudicio nō ab re tēpli porticū dixeri q̄ oib⁹ nob̄ ad diuiarū rerꝫ archana tāq̄ ductrix & magr̄a ītroitū patefacit. Tu aūt optīe pr̄ & oīm lr̄arꝫ facile ꝑnceps robte gaguine nō solū hæc q̄ ꝑdixim⁹: verūetiā q̄ ex vsu hystoriæ eē Marc⁹ āthoni⁹ ī scđo de oratore libro præcipit tam mirabili artificio obſuasti oīa: vt nō parꝫ ad Thucydidis & īgeniū & laudē accesserꝭ. Et qđ dicā? Tā creber es rerū frequētia: tā verbis apt⁹ & sētētijs: vt quū ī multꝭ tuarū editionū opib⁹ pl̄imos: tū ī lr̄ tuo ꝯpēdio teipm vicisse videarꝭ. Nūc eñ ī eo militū select⁹ / nūc expeditorū cōgress⁹ ita describis & iculcas: vt cū reb⁹ sudare snīas prudēs lector iueniat. Ita añ ocl'os ponis oīa: vt nō legere hystoriā sed pugnātiū turmis ītéresse me credā. Postremo qđ nō mīme demirat⁹ sū: vbi oportune hĩta occasiōe siue de cibris & burgūdis: siue de religio

ne & ecclie cerimonijs qd externarũ rerũ affers: tã arti ficiose excurrĩs: vt tñ iceptæ narratiõis textũ nõ ꝯfũdas neqꝫ aliq̃ mõ abijciẽda fuisse: sꝫ eodẽ ꝑpemodũ glomere pẽdẽtia & filo ꝑfusa videat̃. Et vt vno verbo ꝯplectar vniuersa: ita reb⁹ tp̄m ordinẽ/locorũqꝫ & ꝑsonaꝝ descriptionẽ: ita verbis dicẽdi gen⁹ mõ fusũ mõ collectũ: sꝫ nõ sine mirifica suauitate accõmodas: vt nichil sit qd legẽtẽ nõ sũme delectet/& tuã igenij facilitatẽ incredibilẽqꝫ mẽoriã oib⁹ ꝑdicet & oñdat. pci⁹ te laudo cãdidissime pr̃ q̃ dign⁹ sis. tũ q̄ ꝑmarias tuæ laudis ptes me⁹ herasm⁹: illo suo facũdissimo ore occupauit. tũ q̄ tuis ex lr̃is (q̃ tua modestia ẽ) tuarũ laudũ: te ipatientissimũ eẽ intelligã. Scribo tñ hæc (q̃tulacũqꝫ sint) ne amici mei aut eũ me esse garriãt q vere iudicare nõ possim aut certe adeo malignũ vt laudare nõ velim. Vale.

¶ In laudẽ operis Epigramma Cornelij Girardi. In quo ipsum librũ quid in se contineat/ & de fide rerum quid promittat loquentem introducit.

¶ Ad lectorẽ Liber in ꝑsona Cornelij canonici r̃laris.



Osse cupis lector quo Gallia creuerit ortu
Et qb⁹ ad summũ est regib⁹ aucta gradũ:
Quis dñi cultũ/quis cœperit oppida muris.
Cingere/& ecclesias rite dicare sacras?
Quid pax accumulet: quid martius excoquat horror.
Et quibus hic cœpta est religio ipsa viris.
Me lege: me placido complectere mentis amore
Nam cano liligeri fortia gesta troni.
Olim qua Tacitus placuit/breuitate vigemus
Atqꝫ Titi nobis iam prope splendor adest
Qua cunctos superat Crispus/recitatio veri
Assidua/& rerum stat mihi plena fides.
Nil ego prætereo/nulli mea pagina parcit.
Sit meus/aut hostis nil metuo omne loqui.
Eloquor intrepidus/quæ vero consona vidi

Iusticię & fidei nil mea charta negat.
Forte nigra excandens (quod nõ probo) bile tyranne.
Vulcani iubeas me penetrare focos.
Seu mergi vitreas me Deucalionis in vndas
Exiliũve pati / plus tibi (crede) noces.
Mox alium qui me genuit dabit ecce robertus
Qui eum lacte olim / non nisi vera bibit.
Quinetiam vasto tanta est michi copia in orbe
Vt metuam ipse tuas nil (miserande) minas.
Si mala te cruciant sæuę contagia mentis:
Quæ noto / non ego te sed tua culpa præmit.
Hæc tibi me lector voluit Cornelius ipse
Dicere voce data. qui michi totus auet.
Qui non blandiri qui me intus & in cute nouit
Cui nichil est vero gratius atq; fide.
Hic michi signifero præcepit honore reuisam
Marte olim rutilos orbis & vrbis auos.
Non locus est inquit / quem non tua gesta decorent
Te nouit Latium / Rheblata / Pindus / Arabs
Anglia te celebrat / scotus / Brito / dalmata / iberus
Te belgę & Phrisij: Teq; sicamber amat.
Te cymbri / Octauij / te Sueui / teq; Turingi.
Francones / Hubij / Parthenopeq; colunt.
Perge igitur fœlix & te duce Gallia vbiq;
Fulminet / ac nomen tollat in astra suum.

Iodoci Badij Ascẽsij de pręstantia gallorũ.
Et autoris huius vtilissimi cõpendij Carmen.

Acria męonio tot prælia digna cothurno:
Totq; cothurnati numeris referenda maronis:
Gallica fœlici depleuit marte iuuentus.
Nullaq; principibus tam formidata togatis
Gens capitolinas toties obsederat arces:
Vnde auro pelli poterat non viribus vllis.
Scilicet in somnis norat perducere noctes:

Atq; assueta malo: patiensq; algoris & ęstus
Prima p imbriferas sese traduxerat alpes.
Protinus & parthos bello domitura feroces.
Subq; iugū graios victrix missura superbos.
Vnde gerit mixtum nunc gallogrecia nomen.
Nec tñ antiqua superis deuinctius vllum
Religione genus: nullū obseruantius ęqui.
Nullūq; excultis tam pręstans morib⁹ ortū est.
Sed neq; sacrorū reseranda occulta ꝓphanis.
Aut populo fixis duxit pandenda tabellis.
Ne torpore graui iuuenum mens victa: librisq;
Freta aspernetur sacros ediscere ritus.
Nec sua nobilibus pręconia fulta triumphis.
Et clarum facimus memori mandare poetę
Gestijt. aut docti scriptis concredere cadmi.
Scilicet egregię contenta egisse: diserte
Dicere neglexit: donec vi martis & ęqui
Octauum inuiti carlum coluere latini.
Parthenopeq; suū dominum agnouisse coacta est.
Teq; decus nostrum pulso lodoice tyranno.
Insubres verum dominūq; ducēq; salutant.
Nunc siquidem altissonę tua fortia gesta camœnę
Certatim ad superos tollunt: vnde aurea Fausti
Exoritur veterum nulli cessura poesis.
Quin adeo nostri nitor indelebilis ęui.
Primus ab italia linguā transferre latinam
Fœlix: Robertus tua stēmata clara Gaguinus
A proauis atauisq; trahit: prolēq; per omnē
Ingreditur: totam referens ab origine gentem
Et quas quisq; vrbes curuo signauit aratro:
Et quibus auspicibus gallorum gloria creuit.
Proinde decus regum pręclaris annue cœptis
Et patere in toto resonent te pulpita mundo.

FINIS.

Eiusdem Ascẽsij de insignib⁹ Frãciæ in hoc ope per q̃ graphice suo quibusq́ꝫ loco recensitis epigramma.



Ira canãt alij sęuorũ insignia regum:
Exuuiasq́ꝫ ducũ/quos mars depſſit iniquus.
Sint alijs aquilæ fusi monumẽta cruoris:
Informes vrsi:prædatoresq́ꝫ leones
Ornamenta ferant radiantibus vndiq́ꝫ flãmis
Et thetidi & veneri/vulcania lapsa/per auras
Arma:numęq́ꝫ pio demissum ancile/togatis
Gestamen salijs.at nobis cœlica dona
Et pia Frãcorũ placeant insignia regum.
Aurea cœlesti primũ suffulta colore
Lilia/cæsareis olim iam credita ceruis.
Auriflãma dehinc/veterum victoria regum.
Tum sacrum nitidis allatum chrisma columbis:
Totq́ꝫ salutiferi monumẽta salubria christi
Crux.cuspis.claui.tunica inconsuta:corona:
Hæc tua diuorũ genitrix sunt francia dona.
Adde duces bello formidatosq́ꝫ pelasgis
Italicisq́ꝫ equites:simul & pulcherrima rerum
Ornamenta/viros omni virtute cluẽtes
Iusticia in primis:q̃ cœlo egressa perennem
Parrhisio sedem posuit mansura senatu.
Docta vbi cecropias exercet pallade mentes
Pagina dia nitẽs fidei splendore probatæ.
Atq́ꝫ vbi diuini nitet obseruatio cultus.
Nec dubitẽ gnauos solerti mente colonos
Mollibus assyrijs arabisq́ꝫ/& pinguibus vmbris
Antetulisse:quib⁹ grandi est industria gazę
Et mucro decori siquando in bella citantur.
Adde alia egregiæ sexcenta insignia laudis:
Quę bonus exculto Gaguinus codice nobis
Edidit:historiæ pnceps & gloria Francæ.

Iodoci Badij Ascensij de operis huius accessione atq; augméto Ad lectorē: cui salutē dicit: Carmē.




Andide ne dubites iusta ęra reponē lectori
Cultius ac multo ditius exit opus.
Accessere etení/q̄s gallia possidet/vrbes:
Cunctaq; gallorū sub ditione loca.
Flandrorū comites primęua ab origine ducti:
Atq; alia in proprijs plurima iuncta locis.
Vndecimusq; liber tristi cum funere Carli
Octaui: & toto funeris officio.
Mœstaq; parrhisijs magni disruptio pontis:
Aduentusq; ducis causaq; Iulliaci.
Quin adeo regum clarissima gesta duorum:
Quorum marte/potens itala terra/ruit.
Ergo agedum reducem Lodoicū gallia regem
Victorem insubris conspice lęta soli.
Conspice censorem specimēq; lutecia morum:
Et normanne tui perlege iura fori.

¶Pręclarissimū hoc de francorū gestis cōpendiū multis notatu dignissimorū additionib⁹ libriq; vni⁹ accessione locupletatū: & nō segni accuratiōe a mēdis tersū Impressit rursus diligēs ac peritus chalcograph⁹ Bertholdus Rēbolt in inclyto Parisiorū gymnasio: īpēsis optimi bibliopolæ Iohānis parui. Anno a natali xp̄iano. M. quingētesimo vndecimo. Ad .xj. kl'. decēbres.
Deo dicantur gratię.

1511


I P
IEHAN PETIT




EX
BIBLIOTHECA
C. VAN BAVIERE
FACULT. JURIS
ACAD. BRUXELL.
A SECRETIS.
FRANC ET LOYAL.


EX LIBRIS
C. VAN HULTHEM,
SOC. R. AGRIC. ET BOTAN.
GAND. PRAESIDIS.
Nihil est agricultura me-
lius, nihil homine, nihil
libero dignius.
Cic.

